

Romolo Cegna – [nicolaus.drazna@virgilio.it](mailto:nicolaus.drazna@virgilio.it)



This work by Romolo Cegna is licensed under a Creative Commons Attribution - Non commerciale - Non opere derivate 3.0 Unported License. Permissions beyond the scope of this license may be available at <http://nicolausdrazna.xoom.it/>

## NICOLAUS DE ROSA NIGRA DRESDENSIS: Parte 3

Romolo Cegna

**Nicolaus de Rosa Nigra dictus Dresdensis, Praedicator, Baccalaureus Decretorum (Iuris Canonici), Praha ca. 1412-ca.1417.**

### **Sermo ad clerum de materia sanguinis Nisi manducaveritis.**

[Omnibus codicibus collatis *Sermo demuo editur*<sup>1</sup>].

#### **Textus**

Nicolaus de Rosa Nigra dictus Dresdensis, **SERMO AD CLERUM DE MATERIA SANGUINIS NISI MANDUCAVERITIS.**

Nicolai Dresdensis Sermonis de materia sanguinis Nisi manducaveritis textum in septem codicibus invenimus:

**J** Bibliotheca Jagellonica Cracoviensis 2148 ff. 182r-193r [Datum per Magistrum Iohannem de Radochoncze (de Radochonice, Radochoucze)]; **G** Bibliotheca Publica Pragensis [Praha Národní Knihovna] IV G 15 ff. 198vb-213vb; **CI** Praha NK III G 28 ff. 165r-179v (in fine in vetere catalogo additum fuit in *templo S. Michaelis Pragae a. 1417 [recte: 1414] habitus*); **D** Praha NK XI D 9 ff. 221r-235r (in fine legitur *A. D. 1414 in ecclesia S. Michaelis etc.*); **Ba** Bibliotheca Universitatis-Basilea A X 66 ff. 320r-336v [Codicem probabiliter Pragae comparatum donavit Iohannis Stojković Card. de Ragusio]; **V** Bibliotheca Publica-Vindobona 4940 ff. 255r-271r (in fine legitur, ut in ms. XI D 9, *1414 In Ecclesia Sancti Michaelis*); **A** Bibliotheca Capituli Pragensis-Archiv Hradu Pražského A CLXIII ff. 225-231v. Editio per Codices **G, CI, D, Ba, V retractata fuit ab Helena Krmíčková, Příspěvek k edici kázání Mikuláše z Drážďan Sermo ad clerum Nisi manducaveritis**, "Listy filologické 123 (2000), nr. 3-4, 251-299, addita collatione Codicis Praha, AHP A 163, ff. 225r-231v.

Fragmenta Sermonis habentur in: Praha NK V F 22 et V G 19: in primo in fine legitur: "Finis sermonis de corpore et sanguine Christi qui est factus ad clerum per reverendum **presbiterum dominum Nicolaum de Drazna**"; in secundo in fine legitur: "Finitus a.D. 1414 in die Fratrum (sanctorum Benedicti, Matthaei, Ioannis, Isaac et Christiani Fratrum Minorum die 12 Novembris) et factus eodem anno per **Nicolaum bacc. decretorum** in ecclesia sancti Michaelis Antiquae Civitatis Pragensis".

F. M. Bartoš qui quasi decem lustris peractis maximam operam ponens in opinabilibus argumentis ad Nicolai Presbiteri Praedicatoris Teutonicorum iuristae vitam pertinentibus, tandem aliquando scripsit anno 1965: 'Mikuláš Drážďanský do Prahy přišel, neznámo kdy a odkud [quo tempore undequē Nicolaus de Drazna Pragam pervenerit, quantum sciamus, nos latet]' (*Husitská Revoluce- Doba Žižkova*, Praha 1965, 59).

Sequitur editio *Sermonis ad clerum de materia sanguinis Nisi manducaveritis*, omnibus Codicibus collatis.

---

<sup>1</sup> De operibus Nicolai de Rosa Nigra Dresdensis vide in Parte 1.

## Nicolaus de Rosa Nigra dictus Dresdensis

### *Sermo ad clerum de materia sanguinis: Nisi manducaveritis*

*Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non ha-* 5  
*bebitis vitam in vobis.* Hec Io. VI [Io 6,53] sunt intitulata et dileccionibus vestris  
loco thematis prelibata et ponuntur allegative *De con.* di. II *Dupliciter* [*De con.*  
D. 2 c. 49]. Quia Dominus noster Ihesus Christus „cum dilexisset suos in finem  
dilexit eos” Ioh. XIII° [Io 13,1b]. In ultima cena nobis omnibus in persona disci- 10  
pulorum suorum suam precipuam et maximam caritatem voluit ostendere, cor-  
pus suum in cibum et sanguinem suum in potum in sue dileccionis | passionis et  
*G 199ra* mortis memoriam de proximo id est sequenti die moriturus donavit dicens (Lc  
22,19b; 1Cor 11,24b): „Hoc facite in meam commemoracionem”. Volens enim  
nos eiusdem maxime sue dileccionis quam nobis per suam passionem exhibuit  
semper esse memores non solum Scripturarum conmonicionem ad hoc sufficere 15  
iudicavit sed etiam in hoc sacramento cottidie mortis sue memoriam voluit in  
nobis renovare sicut dicit papa Innocencius<sup>1</sup>: „Dominus reliquit nobis quemad-  
modum si quis peregre proficiscens aliquo pignus ei quem diligit derelinquit et  
quociens id aspexerit debeat amicitias memorari”. Sic Dominus noster Ihesus  
Christus maximus noster amicus non aurum neque argentum sed precioum cor- 20  
pus et sanguinem agni immaculati videlicet seipsum in sue maxime caritatis  
„memoriam reliquit”. [Clem. *De reliquiis et veneratione sanctorum.* 3, 16, c.  
un.]: „Hoc<sup>2</sup> enim est memoriale dulcissimum, memoriale sacratissimum (...) in  
quo gratam nostre redempcionis recensemus memoriam, in quo a malo retrahi-  
*G 199rb* mur et confortamur in bono et ad | virtutum ac graciaram proficimus incrementa 25  
(...) ipsius corporali presencia Salvatoris. Alia namque, quorum memoriam agi-  
mus, spiritu menteque conplectimur, sed non propter hoc realem eorum presen-  
ciam obtinemus. In hac vero sacramentali Christi commemoracione Ihesus Chri-  
stus presens sub alia quidem forma, in propria vero substancia est nobiscum.  
Ascendens enim in celum Apostolis et eorum sequacibus dixit [Mt 28,20]: 30  
„Ecce ego vobiscum sum (...) usque ad consumacionem seculi”, benigna ipsos  
*V 255v* promissione confortans quod remaneret et | esset cum eis etiam presencia cor-  
*Ba 320v* porali”. Et quia<sup>3</sup> „ubi maius periculum intenditur | ibi procul dubio plenius est  
consulendum De ele<ctione et electi potestate> Ubi periculum. Libro VI° [*Se-*  
*xtus* 1, 6, 3], sic durum est loqui de materia venerabilis sacramenti eucaristie et 35  
*Cl 166r* periculosum maxime coram infirmis, cum multi | in ipso scandalizantur ut frequ-  
enter, ut dicit Augustinus in canone Prima *De con.* di. II [*De con.* D. 2 c. 44]  
*D 221v* quod prima heresis in discipulis | Christi velud a duricia sermonis eius facta est.  
Cum enim diceret [Io 6,54]: ‘Nisi quis manducaverit carnem meam et biberit  
*G 199va* meum sanguinem non habet vitam eternam’, illi non intelligentes dixerunt | ad 40

<sup>1</sup> Innocentius III, *Evangelicae Legis et Sacramenti Eucharistie libri sex*, liber IV, caput 43, PL 217, 883c.

<sup>2</sup> *De imaginibus*, 212 (partim).

<sup>3</sup> *De simonia ms. VE 28*, f.191.

invicem [Io 6,60]: ‘Durus est hic sermo, quis eum potest audire?’ Dicentes ‘Durus est hic sermo, qui eum potest audire’, separaverunt se ab illo et remansit cum duodecim. Et ponitur Io. VI [Io 6,61] ubi dicitur: „Sciens Jesus apud semetipsum quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc vos scandalizat?”

- Domini igitur mei ac Magistri reverendissimi et Fratres dilectissimi ascribatur<sup>4</sup> mee insufficiencie quidquid in dictis vel in factis reprehendendum existat, | *J 182v*  
 cum sim ‘paratus<sup>5</sup> eciam ab anniculo doceri, quomodo possum vel Deo vel hominibus iustam reddere rationem’ ad instar Augustini XXIII q. II *Si habes* [C. 24, q. 3, c. 1] circa medium. Que igitur in presenti et deinceps obmiserit occupacio aut minus bene tradiderit inperfeccio quam in me nec volo nec valeo excusare, circumscriptis invidie stimulis et detraccionis mordacitate penitus relegata, fraterna caritas cuius correccioni me subicio libere valeat emendare, revocans ex  
 15 nunc prout ex tunc si qua me dicere contingit que sint seu sapiant, quod absit, contra veritatem legis divine | canonicè seu civilis in lege Dei fundatis<sup>6</sup>. Et protestans expresse quod ea habeo et semper habere volo pro non dictis et nichilominus adhuc protestor quod si per occupationem vel ignoranciam in superficiebus verborum vel alias deviare a rectitudine fidei orthodoxe pro non dicto sit  
 20 cum aliquo recedere non intendo a Romana Ecclesia inter cuius viscera nutritus sum, de qua di Non decet [D. 12 c.1] | dicitur: „Non decet a capite membra discedere sed iuxta Scripture | testimonium omnia membra sequantur caput. *Ba 321r V 256r*  
 Nulli vero dubium est quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium ecclesiarum a cuius vos regulis nullatenus convenit deviare”. „Si quis ergo dogmata, mandata, sanctiones, interdicta vel decreta pro catholica fide vel ecclesiastica disciplina pro correccione iminencium vel futurorum malorum a sedis apostolice Presule salubriter | promulgata contempserit, | anathema sit” XXV q. ultima Si *Cl 166v*  
 quis. [C. 25 q. 2 c.18]. In presenti ergo collacione si contingit me loqui de pane, *D 222r*  
 de forma, | de speciebus, | in hoc peto me non habere suspectum quasi vellem il- *G 200ra*  
 30 lam vel illam amplecti opinionem sed istam fateor me tenere quam Apostolica *A 225v*  
 Ecclesia et veritas tenent et amplectuntur, cum dicit Bernhardus glosator (*Gl. ord. c. 6 ad v. sanguinis veritatem*, 1370) super c<sup>o</sup>. Cum Marthe.<sup>7</sup> Extra. De celebratione > mis<sarum et sacramento eucharistie et divinis officii> [X. 3, 41, 6):  
 35 „De corpore Christi tres sunt opiniones<sup>8</sup>: una dicit<sup>9</sup> quod illa substancia que prius fuit panis et vinum, postea fit corpus et sanguis Christi De con. di. II Panis

<sup>4</sup> Cf. Guido de Basio Archidiaconus, *Rosarium ad Decretum*, Lugduni 1549, Prologus; Henrici Bohic, *Distinctionum libri quinque ad Decretales Gregorianas, Commentaria*, Lugduni 1557, lib. I-I, f. 2rab, quo partim Nicolaus usus est etiam in *Querite*, 26-27; *De simonia ms. V E 28*, f.193.

<sup>5</sup> Cf. *De proprio sacerdote et casibus*, Brno Univers. Kihovna Mk 102, f. 83v.

<sup>6</sup> Haec verba „in lege Dei fundatis [sic]” quae proprie pertinent ad spiritum reformationis bohemicae non inveniuntur apud Henricum Bohic.

<sup>7</sup> Canon Cum Marthae: „munimentum erroris quidam trahere putaverint dicentes in sacramento altaris non esse corporis Christi et snnguinis veritatem”.

in altari [*De con. D. 2, c. 55*]. Secunda tenet quod substantia panis et vini desinit esse et tantum accidentia ipsorum remanent scilicet sapor et color et pondus et sub illis accidentibus est corpus Christi. Et hec, ‘dicit’, approbatur De su<mma> Tri<nitate> c<sup>o</sup>. Firmiter. Una [X. 1, 1, 1 & 3]. ‘Forte<sup>10</sup> melius diceret quod prima approbaretur ibi quia ibi loquitur de transsubstantiacione cum dicitur [ex *Decretal. cit.*] ‘una est vero fidelium universalis Ecclesia extra quam nullus omnino salvatur, in qua idem sacerdos ipse est sacrificium Ihesus Christus cuius corpus et sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis et vini veraciter continentur | transsubstantiatis: pane in corpus et vino in sanguinem potestate divina’. Tercia dicit quod remanet substantia panis et vini et in eodem loco et sub eadem specie est corpus Christi<Io>”. De con. di. II Ego <Berengarius><sup>11</sup>. [*De con. D. 2, c. 42*]. Hec Bernardus <glosator> et Io<hannes Teutonicus> ibi [*Gl. De con. D. 2 c. 1 ad v. in sacramentorum, 1911*]<sup>12</sup>: „et sic quelibet istarum dicit | ibi esse corpus Christi. Idem per omnia dicitur De con. di. II c. 1 in glo.. „Confidens <sup>13</sup>ergo de solita misericordia Salvatoris qui est lux vera que illuminat omnem hominem | venientem in hunc mundum Iohannes I [Io 1,9] et XXI di. Clericus., in fine [*recte: Cleros et clericos, D. 21 c. 1 & 17*] in quo secundum Ambrosium est<sup>14</sup> ‘omnis ratio superne sciencie et terrene<sup>15</sup> qui est earum caput et auctor’, XXXVII di. & Hinc eciam. Ambrosius. [Gratianus, D. 37 post c. 7 & 6], et ubi ipse deest, fundamentum et lapis angularis, ibi nullius boni operis edificium super | edificari potest. Prima Cor. III [*cf: I Cor 3,12; Eph 2,20-21*]. Et I

<sup>8</sup> Has tres opiniones invenies etiam in gl. Iohannis Teutonici ad vocem „in sacramentorum” ad c. 1 De con. D.2, *Decretum cum glossis* 1191 (*Alexander papa: „In sacramentorum oblationibus”*). Vid. etiam, Henricus Bohic, *Distinctionum libri ad Decretal.*, in lib. 3 tit. 41 De celebratione missarum et sacramento eucharistie et divinis officiis, ad cap. 14 Literas. (ed. cit., 263): „et secundum Io. in rubricella alie. de sacramento eucharistie q. 111 Quid de accidentibus; de quo vide tres opiniones per Io. De consec. di. 2 c. 1 glo. in fine. Et per Hostiens. eod. tit. & Et quando ver. de corpore Christi”; Goffredus de Trano, *Summa in titulos Decretalium*, Vanetiis 1586, De celebratione missarum, 155; Alberus Magnus, *De Eucharistia*, 305.

<sup>9</sup> Ambrosius (De con. Di. 2 c. 52): „Et sic quod est panis ante consecrationem, iam corpus Christi est post consecrationem”; voce *substantia* utitur non Ambrosius sed canon 35 *Quia corpus* quem Iohannes Teutonicus citat una cum c. 52, non item Bernardus Parmensis.

<sup>10</sup> Haec verba „Forte melius diceret (...) in sanguinem potestate divina” non habes in glossa.

<sup>11</sup> Expressionem „De con. Di. II Ego” hic in fine tertiae opinionis non ponit Bernardus Parmensis sed tantum Iohannes Teutonicus sed improprie quia Berengarius in confessione a. 1059 de qua in canone 42 non ponit remanentiam panis et vini post consecrationem etsi tantum in confessione a. 1079, postquam in heresim relapsus ad fidem catholicam redierat, expresse loquatur de substantiali conversione panis et vini in Corpus et Sanguinem Christi (cf. Denzinger, *Enchiridion Symbolorum*, nr. 700), attamen terminus ‘species’ nonnunquam legitur apud Berengarium.

<sup>12</sup> Gl. ord. (Io. Teutonicus): „quelibet tamen opinio fatetur ibi esse corpus Christi. Secunda opinio verior est, ut Extra. De summa Trinitate. Firmiter. & Una”.

<sup>13</sup> Henricus Bohic, *Distinctionum libri in Decretales Gregorianas. Commentaria*, Lugduni 1557, lib. I Prologus, f. 2ra, usque ad verba: „Assitque beata Virgo mater eius totaque curia supernorum”.

<sup>14</sup> Cf. Guido de Basio Archidiaconus, *Rosarium ad Decretum*, Lugduni 1549, Prologus.

<sup>15</sup> Cleros. c. 1: „omnis ratio superne scientie vel terrene creature in eo est qui est caput earum et auctor (*Ambrosius super Col*)”.

- q. I *Cum Paulus* [C. 4 q.1 c. 26]<sup>16</sup>. Ad idem *De con.* di. IIII c. ultimo [*De con.* D. 4, c. 156]<sup>17</sup>, et de eius melliflua benignitate et largitate que ‘dat omnihus affluenter et non inproperat’, Iacobi I° [Jc 1,5b], I q. II Quam pio. [C. 1 q. 2 c. 2]<sup>18</sup>, quique os aperiri iubet et se illud | asserit inpleturum, Psalmo LXXX° [cf: *D 222v*
- 5 Ps. 80,11], testante eciam Ieronimo super Iohelis<sup>19</sup> quod ‘oris apercio est in Dei non hominis potestate’ |, onus predictum subire non renui sperans ut qui presens *G 200va* | dedit principium idem et finem tribuat qui ‘non novit<sup>20</sup> quippiam imperfectum’ *Cl 167r* De bap<tismo et eius effectu>. Maiores. [X. 3, 42, 3]. Sed adhuc ‘res<sup>21</sup>penitus desperatas donare et consumare sue virtutis magnitudine potest’, ut C<odex> De
- 10 ve<tere> iu<re> enu<cleando> lege prima circa principium [*Codex* 1, 17, 1 & 2; *hocque opere*, Krueger II.69]. Ad honorem<sup>22</sup> summe Trinitatis et individue unitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti et Dei Genitricis Virginis gloriose ac tocious curie supernorum ipsique principio, medio atque fini sit fundamentum Ihesus Christus assitque beata Virgo Mater eius totaque curia supernorum. Pro
- 15 impetranda igitur gracia more solito dicamus<sup>23</sup>: Ave gracia plena, Dominus t<ecum>, etc.

- Venerabiles Magistri mei ac Fratres amandi, postquam antiquus hostis dyabolus, serpens callidus [cf. Gn 3,1], pater mendacii, cuius [Sap 2,24] „invidia
- 20 mors introivit in orbem terrarum”, hominem nedum in aliis bonis sed et in noticia veritatis | obscuravit et a via salutifere cognicionis et contemplacionis divine *Ba 322r* removit, et sic homo gemens, merens et tristis tamquam ovis que perierat erravit, Pater clementissimus | et misericordissimus, cuius miseraciones super omnia *G 200vb* opera eius, nichil horum que fecit odiens, qui wlt omnes homines salvos fieri et
- 25 ad sui veritatis cognicionem pervenire, homini sic in errore posito ducem salutis dominum Ihesum Christum redemptorem nostrum misit ut qui per cibum prothoplasti in mortem ceciderat, per cibum et gustum Agni immaculati resurgeret. Et sicut de primo dicitur [cf. Gn 2,17]: „Quacumque die comedetis, morte moriemini”, sic de illo proponitur: „Qui manducat meam carnem et bibit meum

<sup>16</sup> Canon 26 Cum Paulus. (Gregorius papa): „Cum Paulus dicat [1Cor 3,11] ‘Fundamentum aliud nemo potest ponere preter id quod positum est, quod est Christus Iesus’, consequenter probatur quia ubi Christus non est fundamentum nullum boni operis est superedificium”.

<sup>17</sup> Canon 156 (Conc. Carhag. a. 418): „sine gratia divina mandata impleri non possunt”.

<sup>18</sup> Canon 2 (Bonifacius papa): „Scimus equidem quod [Jc 1,17] ‘omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est’ a quo bone voluntalis donum accipit qui sancto deliberationis arbitrio gratis Deo servire disponit”; *Querite*, 30.

<sup>19</sup> Ieronimus, *Commentarius in Iohelam prophetam*, I super Iohelis 1,1 (PL 25, 949); *Querite*, 34.

<sup>20</sup> *De purgatorio*, 95.

<sup>21</sup> *Querite*, 34.

<sup>22</sup> Cf. Guido de Basio Archidiaconus, *Rosarium ad Decretum*, Prologus.

<sup>23</sup> *De salutatione angelica* „Ave Maria” (cf. P. Soukup, *Počátky Jakoubkovy literární činnosti, in Jakoubek ze Stržbra- Texty a jejich působení*, Praha 2006, p. 134-135). In principio (ut in principio saec. XV Pragae) *Ave Maria* componebant salutatio angelica et salutatio Elisabeth [Lc11,28 et 1,42].

- sanguinem habet vitam eternam” [Io 6,54], cui premittitur verbum thematis mei<sup>24</sup> cum dicebatur: *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem non habebitis vitam in vobis* [Io 6,53], que fuerunt verba vestris Reverenciis | ac Dileccionibus<sup>25</sup> in principio proposita. In quibus quidem verbis taliter qualiter introductis duo per ordinem tanguntur. Primo tangitur huius sacramenti digna necessitas; 2<sup>o</sup> consequens inde | negligentibus dampnositas, ibi: *non habebitis vitam in vobis*. 5
- G 201ra* De primo, scilicet <de> huius sacramenti digna | necessitate, patet per Nicolaum de Lira super verbo preassumpto ubi dicit [*Postilla Lirensis ad Io 6,54*] 10  
*J 183v* quod „sicut<sup>26</sup> in vita corporali cibus est necessarius | ad vitam conservandam, ita et in vita spirituali hoc sacramentum est necessarium quia vite spiritualis conservativum, quia sicut baptismus est quedam spiritualis generacio sic eukaristia est quedam spiritualis nutritio”. Cum quo concordat Thomas super IIII<sup>o</sup> *Sententiarum* di. XII<sup>27</sup> sic inquires quod | „ea que in hoc sacramento geruntur habent similitudinem cum hiis que accidunt in corporali nutrimento quia enim ibi fit quasi continua deperdicio naturalis humiditatis per accionem caloris naturalis et exercicium laboris, ideo oportet eciam frequenter | naturalem cibum sumere ad restauracionem deperditi ne deperdicio continua mortem inducat. Similiter ex concupiscencia innata et occupacione circa exteriora fit deperdicio devocionis et fervoris per que homo in Deum colligitur. Unde oportet quod pluries deperdita restaurentur”. Item necessitas huius sacramenti potest probari racione quia omne illud per quod fideles Christo per augmentum gracie incorporantur est necesse, sed sacramentum eukaristie est huiusmodi; ergo, etc. Maior est nota, minor est  
*Ba 322v* Lirensis | I Cor<sup>o</sup> XI super verbo [I Cor 11,24]: „Accipite et comedite, hoc est corpus meum”, ubi sic dicit [*Post. Lir. ad vers. cit.*] quod „hoc sacramentum ideo a fidelibus sumitur ut Christo per augmentum gracie magis incorporentur”. Ideo dicit Astensis lib. IIII<sup>o</sup> ty. de usu eukaristie ar. III q. I<sup>28</sup> quod „sicut plus prodest baptismus fluminis cum baptismo fluminis quam solus, sic plus prodest manducacio spiritualis cum sacramentali quam quando est sola”. Ad hoc concor. 30  
*A 226r* Bonaventura<sup>29</sup> inquires: „Sicut plus prodest baptismus sanguinis et fluminis quam sanguinis tantum, sic plus prodest manducacio spiritualis quando coniunc-

<sup>24</sup> Versus Io 6.54 „Nisi manducaveritis (...) vitam in vobis” constituit liberum thema ex lectione Evangelii quas non invenies in *Lectionario liturgico Ecclesie Catholice Mediaevalis*; lectio evangelii in Festo Corporis <Christi> principio habet in versu 6, 56 „Caro mea vero est cibus”. Cf. J. Hus., *Postilla adumbrata*, ed. B. Ryba, Praha 1975, p. 257-266; Iacobellus, *Sermo in Festo Corporis Christi* [7 giugno 1414], *Puncta*, p. 188-197; Jan Želivský in: A. Molnár, *Dochovaná kázání z roku 1419*, Praha 1953, 171-179.

<sup>25</sup> Cf. *Querite*, 30: „Ideo restat vigilare et diligenter querere quod innuit verbum thematis (...) sicut tunc, sic et nunc vestris Dileccionibus propositum”.

<sup>26</sup> *Contra Gallum*, 177; *Replica*, f. 33v.

<sup>27</sup> Thomas Aquinas, *In IV lib. Sententiarum*, di. XII q. III [q. IV] art. I „Determinacio” Thomae Aquinatis proposita fuit a Matthia de Janov, *Regulae Veteris et Novi Testamenti*, vol. I-IV ed. V. Kybal, Oeniponte 1908-1913: lib. III tract. 3 c. 16 (vol. II, p. 114-116).

<sup>28</sup> Astensis seu Astensinus, *Summa de consiliis*, De usu eucharistie lib. IV a. 17, f. 7r.

- ta est sacramentali quam quando est per se". Unde dicit Thomas III<sup>o</sup> *Sent.* di. XII<sup>30</sup> quod: „eucaristiam accipere est bonum ex genere et sic sumere est per se bonum; abstinere bonum per accidens in quantum continue inordinate sumitur. Et quia quod est per se preiudicat ei | quod est per accidens, ideo simpliciter lo- V 257v
- 5 quendo melius est eucaristiam sumere" et ita revera ampliorem materiam devo- G 201 va  
 cionis et gratie habet | qui utrumque suscipit scilicet sacramentaliter et spiritu-  
 aliter quam qui alterum tantum, scilicet spiritualiter, quoniam simul habet do-  
 nantem cum dono, causam cum effectu". Ad id Astenxis ubi supra<sup>31</sup> ubi dicit  
 quod „inest vis ipsi sacramentali manducacioni que in bene disposito manduca-  
 10 cionem efficit | spiritualem". Et ad illud quod dicitur per Augustinum *De con.* D 223v  
 Di. II [*De con.* D. 2 c. 47]: „Quid paras dentem et ventrem?"<sup>32</sup>, dicit glosa [*Gl.*  
*ad c. 47 cit. ad v. ventrem*, 1936]: „subaudi: tantum". Ideo eadem di. [*De con.* D.  
 2 c. 46] idem dicit: | „Quid est Christum manducare? Non hoc est solum in Ba 323r  
 sacramentis corpus eius accipere". Ideo dicit Bar. Brix. [*Gl. ad c. 46 cit. ad v. ad*  
 15 *ventrem*, 1936] quod „non prohibet sacramentaliter accipi corpus Domini sed  
 quod necessitate instante ei non obest si non accipit ex quo per eum non stat.  
 Ideo dicit [c. 47 *supra cit.*]: ‘Crede<sup>33</sup> et manducasti’, scilicet [*Gl. cit.*] „ubi non  
 potest haberi copia corporis Domini". Et quia “eucaristia grece, latine bona gra-  
 20 cia interpretatur: et | quid melius est corpore et sanguine Christi?" I q. I Multi. Cl 168r  
 [C.1 q.1 c.84 & 3]. Ad percipiendam gratie | plenitudinem eukaristie sumendum J 184r  
 est secundum ipsius institutionem sed [*post. Lir. ad Mt 26,26, ad v. cum cenan-*  
*tibus*] „sub duplici specie institutum est scilicet panis et vini quia panis converti-  
 tur in corpus Christi et vinum in sanguinem et iste conversiones | sunt separatim G 201vb  
 quia sanguis Christi fuit separatus a corpore vel carne in passione [...] et sic in-  
 25 stitutum est quasi quoddam memoriale illius passionis". Hec Lira Mat. XXVI.  
 Dico ergo quod ad hoc quod sumatur totum sacramentum et perfectum nutri-  
 mentum et comunio completa et integrum sacramentum ab omnibus Christi fi-  
 delibus necesse est ipsum sumi sub utraque forma scilicet panis et vini. Quan-  
 tum ad primum dicit Gwilelmus de Monte Lauduno in Sacramentali suo<sup>34</sup> de

<sup>29</sup> Bonaventura, *Super Sent.* IV, l. 4, dist. 12, p. 2., art. 2, qu. 2, *Opera omnia* IV, Quaracchi, Firenze, 1889, p. 295-297. *Determinatio venerabilis magistri Bonaventurae* proposita fuit a Matthia de Janov, *Regulae V. et N. Testamenti*, lib. III tract. 3 ca. XIV ( vol. II, p. 107-110), p. 110. *Bonaventurae Breviloquium*, (ed.) P. Antonii Mariae a Vicentia, Friburgi, 1881, p. 529. Cf. O. Marin, *L'archevêque, le maître et le dévot*, Paris 2005, p. 593.

<sup>30</sup> Thomas Aquinas, *In IV Sent.*, di. XII a II q. III; Matthias de Janov, *Regulae*, vol. II, p. 115; *Replica*, f. 36v.

<sup>31</sup> Astensis sive Astesanus, l. c.

<sup>32</sup> Iacobellus, *Sermo in Festo Corporis Christi*, ubi invenis aliam interpretationem scilicet de spe christiana, *Puncta* 189.

<sup>33</sup> *Contra Gallum*, 176.

<sup>34</sup> Guilelmus de Monte Lauduno, *Sacramentale*, ms. N XI f. 80vb; *Apologia*, 95, G 168va (partim) et in suo *Sermo-Dessau*, f. 28v; *Processus consistorialis*, 7; Iacobellus a. 1414 [ante Nicolaum] *Quia heu templis*, Praha, NK ms. V G 7, f. 11r; *Praemissa positione*, ed. Hardt, Magnum oecumenicum Constantiense Concilium III, Francofurti et Lipsiae 1698, p. 478; *Salvator noster*, (ed.) B. Ryba, *Betlemské Texty*, Praha 1951, p. 126; *Pius Jesus*, (ed.) J. Kadlec, „Acta Universitatis Carolinae-Historia Universitatis Carolinae Pragensis” 21 (1981) fasc. 2, p. 82.

usu huius sacramenti quod „recipiendo corpus totam veritatem accipit licet non totum sacramentum. Ideo in multis locis communicatur cum pane et vino id est cum toto sacramento”. Hec ille. De secundo patet per Lirenses I Corinthiorum X [I Cor 10,16] qui dicit [*Post. Lir. ad vers. cit. ad v. nonne com.municatio*] quod „eukaristie<sup>35</sup> sacramentum est quoddam spirituale nutrimentum et ideo fit sub duplici specie scilicet potus et cibi quia utrumque requiritur ad rationem nutrimenti perfecti; tamen illud nutrimentum spirituale contrario modo se habet ad nutrimentum corporale quantum ad hoc quod nutrimentum corporale convertitur in nutritum sed hoc | nutrimentum spirituale convertit in se nutritum. 5

*G 202ra*  
*V 258r* Unde dicit<sup>36</sup> Augustinus in persona huius nutrimenti: „cibus sum | grandium, 10 nec me mutaveris in te, sed tu mutaberis in me, quia huius sacramenti perceptio percipientem incorporat ipsi Christo et ideo perceptio huius calicis est con<mu>nicacio sanguinis Christi”. Hec ille <Lirensis>. De tercio dicitur | De con. di. II Cum omne <crimen>. [*De con. D. 2 c. 7*]<sup>37</sup>: „Audivimus enim quosdam lac pro vino in divinis sacrificiis dedicare, alios quoque intinctam eukaristiam | populis pro complemento communionis porrigere”. Unde sequitur: „Illud 15 <sup>38</sup>vero quod pro complemento communionis intinctam tradunt eukaristiam populis, nec hoc prolatum ex ewangelio testimonium receperunt ubi Apostolis corpus suum et sanguinem commendavit: seorsum enim panis et seorsum calicis commendacio memoratur”. Ecce innuit papa hic quod populo pro complemento communionis est distribucio panis et calicis seorsum facienda et non est intinctus panis sive eukaristia intincta danda, nam [c. 7 *Cur omne crimen*]<sup>39</sup> „intinctum panem aliis Christum prebuisse non legimus excepto illi tantum discipulo | quem 20 intincta buccella Magistri proditorem ostenderet”. Nec | facit ipse mencionem de sacerdotibus, tantum ymmo de populo. Sic dicitur<sup>40</sup> de quarto e. di. Comperimus 25 [*De con. D. 2 c. 12*]<sup>41</sup> quod „quidam sumpta tantummodo corporis sacri porcione

<sup>35</sup> Cf. *Apologia*, 154, G, f. 184rb; *Replica*, f. 14v (usque ad rationem nutrimenti perfecti).

<sup>36</sup> *Contra Gallum*, 171; *Replica*, f. 51r.

<sup>37</sup> Andreas de Broda, *Tractatus de sumptione venerabilis pretiosique corporis er sanguinis Domini Nostri Iesu Cliristi* [Responsum ad Tractatum M. Iacobelli de Misa *Pius Jhesus*], p. 192.

<sup>38</sup> *Apologia*, 154, G 184va; *Querite*, 76; *Replica*, f. 31rv.

<sup>39</sup> Canon 7 „Cum omne crimen” quo utitur Nicolaus ad condemnandum usum Ecclesiae orientalis (ortodoxae) non habetur apud Iacobellum; utraqismus bohemicus non accipit modum intinctionis panis in vino; *Querite*, 76; *Apologia*, 155, G, f. 184va; *Processus consistorialis*, 7.

<sup>40</sup> Cf. *Apologia*, 153, f. 184ra.

<sup>41</sup> Canon 12 saepe laudatur a Nicolao; *Sermo ad clerum de materia songuinis Nisi maducaveritis*, G, f. 202rb et 204 r-v cum glossa: *Apologia*, 152-154, G 169r, 168vb, 184rab; *Replica*, ff. 21v, 32rv, 35r-36r, 37r; Anonimus, *Quod fuit ab initio*, f. 35r; ante Nicolaum c. 12 laudntur etiam a Iacobello: *Quia heu in templis*, f. 10v; *Sermo in Festo Corporis Christi*, 190; *Pius Jesus*, 82 et 86; *Plures tractatuli pullulant...Omnibus Christi fdelibus*, f. 9rv; *Praemissa positione*, ed. Hardt III, 478-479 et 489. Vid. adn. inferius G 204ra. Anonimus in *Replica* (ut in hoc *Sermone de materia songuinis Nisi manducaveritis*) etsi auguratur concessionem calicis etiam laicis, notat quod canon 12 valuit tantum pro sacerdotibus. Iacobellus interpretatur c. 12 absolute etiam pro laicis et propter hoc accipit severam animadversionem ab Andrea de Broda in suo *Responso (Tractatus de sumptione)*, 183-185: „loquitur de sacerdotibus manifeste [...]. Quem canonem exponens glosator Decreti dicit: *Intellige de conficiente*”; He. Krmíčková, *Studie a texty* 114-115.



- a calice sacramenti cruoris abstineant, qui procul dubio quoniam nescio qua superstitione docentur astringi, aut integra sacramenta percipiant aut ab integris arceantur quia divisio unius eiusdemque misterii sine grandi sacrilegio non potest provenire”. Ecce dicit tales sacrilegos qui integrum non percipiunt
- 5 sacramentum quamvis dicunt hoc tantum | intelligi in sacerdotibus cum eadem *J 184v*  
 ratio maneat in omnibus. Rogo<sup>42</sup>, qua ratione sacerdos in sumendo non integrum committeret sacrilegium, et non laicus, cum ratione communicationis non est sacerdos preferendus nec e converso, sed qui se melius per devocionem disponit. Sic manna<sup>43</sup> [*Post. Lir. ad Num.* 11,6] „habebat in se omnem saporem
- 10 suavitatis ut habetur Sap. XVI<sup>o</sup> [Sap 16,20]. Et habebat man sive manna triplicem saporem. Unus erat naturalis et erat quasi sapor mellis ut habetur Exo. XVI [Ex 16,31]; alius supernaturalis et hic duplex quia bonis | sapiebat<sup>44</sup> prout | *Ba 324r*  
 volebant: sapiebat enim pisces cum desiderabant pisces, et carnes cum *G 202vb*  
 desiderabant carnes. Et sic de aliis cibis descendendo magis in speciali. Et hoc | *V 258v*
- 15 est quod dicitur Sapiencia XVI<sup>o</sup> [Sap 16,21]: ‘Dulcedinem tuam quam in filios habes ostendebas’, deserviens<sup>45</sup> uniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat vertebatur. Et eadem ratione malis erat cibus insipidus qui de natura sua erat dulcis. Hec Lirensis, | Numeri XI. Unde in Pa|storalis De sermone *D 224v*  
 Corporis Christi ponitur tale notabile quod „sacerdos ratione characteris conficit *A 226v*
- 20 et ratione devocionis communicat; sicut non conficit ratione devocionis ita non consumit ratione characteris. Nichil enim aliud removet a comunione<sup>46</sup> nisi mortale peccatum<sup>47</sup>”. Cui concordat Thomas<sup>48</sup> IIII<sup>o</sup> *Sententiarum* di. X sic inquit quod „quilibet christianus in percceptione eukaristie ius habet nisi illud per peccatum mortale amittatur”. Audiamus eciam super hoc determinationem<sup>49</sup>
- 25 legislatoris ewangelii, institutoris huius sacramenti, qui ait Mt. XXVI<sup>o</sup> [Mt 26,2627]: „Accipite et comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias egit et dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes”. | Et Mar. XIII<sup>o</sup> [Mc *G 202vb*  
 14,23b] dicitur: „Et biberunt ex illo omnes”.

<sup>42</sup> *Apologia*, 153, G 184rab; *Replica*, ff. 32v et 37r.

<sup>43</sup> Hanc *Postillam* Lirensis habes totam in: Matthias de Janov, *Regulae* (vol. II,106). Cf. etiam, „quemadmodum manna in deserto figuravit”, Matthias de Janov *Regulae Veteris et Novi Testamenti Liber V- De Corpore Christi*, ed. J. Nechutová, ad fidem codicum iterum retractavit He. Krmíčková, München 1993, p. 114.

<sup>44</sup> Cf. Augustinus (*De con. D. 2 c. 19*): „ad hoc valet quoad manna: secundum propriam voluntatem in ore cuiusque sapiebat”; cf. *Glossa ord* ad I Cor 11,29 quae citatur etiam in *Regulis* (vol. II, 113).

<sup>45</sup> *Apologia*, 154, G 184rb.

<sup>46</sup> In *Regulis* invenies: „comunione cottidiana”.

<sup>47</sup> Augustinus in: Matthias de Janov, *Regulae*, lib. III tract. 3 cap. 13 (vol. II, 105; partim etiam in vol. I, p. 58): *Apologia*, 153-154, G 184rb; *Replica*, f. 37r.

<sup>48</sup> Thomas Aquin., *In IV Sent.*, lib. III q. 74 d. 10. Cf. Iacobellus, *De comunione parvulorum, Betlemké texty*, p. 156; Thomas Aquin., *In IV Sent.*, lib. IV di. 18 q. 2 a. 1; Henricus de Bitterfeld, *Determinatio de audientia confessionum*, ed. W. Bucichowski, „Przegląd Tomistyczny” 5 (1992), 113.

<sup>49</sup> Cf. Matthias de Janov, *Determinatio legislatoris ewangelici ac patrisfamilias, Regulae*, lib. I-II tract. 3 cap. 31 (vol. II,136-137).

Per hoc evidenter innuens quod ab omnibus, non tantum a sacerdotibus sed eciam a plebibus sit sumendum. Et quia „inceptit Ihesus facere et docere” Actuum primo [Ac 1,1], sicut dedit sic eciam docuit, ut patet Mt. ultimo [Mt 28,18b] ubi dicitur: „Euntes ergo, docete omnes gentes”. Et sequitur [Mt 28,20]: „docentes eos servare omnia quecumque mandavi vobis”, | dicit Lirensis [*Postilla Lirensis ad Mt 28.20*]: „videlicet sacramenta a Christo instituta”. Sic ergo sacrificium istud instituit cuius officium committi voluit solis presbiteris quibus sic congruit ut sumant et dent ceteris; nec sequitur: dictum est omnibus ‘Bibite’, ergo eciam et omnes conficere possunt, quia „nemo<sup>50</sup> hoc sacramentum conficere potest nisi sacerdos qui rite fuerit ordinatus secundum claves ecclesie quas ipse concessit Apostolis eorumque successoribus Ihesus Christus” De Summa Trinitate et fide catholica Firmiter. 3 Una [X.1, 1, 1 & 3]. | Et quid sit de symoniacis qui lepram recipiunt in ordinatione et maledictionem secundum Ambrosium [*Curn ordinaretur*:C. 1 q. 1 c. 14], an conficiant vel non, relinquo iudicio superiorum meorum sed utique nichil dat quod non habet: | de hiis alibi dixi<sup>51</sup>. Et si sic, tunc eodem modo sequeretur: Christus dixit [Mt 28,20] „docentes eos servare | omnia quecumque mandavi vobis”, ergo docentes eos conficere, solve- re et ligare et sic quodlibet dictum ewangelii | posset calumpniari et impugnari, quia<sup>52</sup> „quod quis non diligit, de facili contempnit” XX q. III Presens clericus. D 225r [C. 20 q. 3 c.4 & 1]<sup>53</sup>. Et occasionem querit qui recedere vult | ab amico, dicit Sapiens [Prov 18,1]. Sic dicit Scriptura<sup>54</sup> „quod sensus prodiderunt studio contradicendi”. Et sunt hii<sup>55</sup> qui magis diligunt ocium hic quam laborare pro ewangelii implecione et gracie proximi augmentatione<sup>56</sup>, qui forsitan nunquam vel raro minimam scintillam divine gracie que in hoc sacramento tribuitur habuerunt sed quadam indulta consuetudine et quasi perfunctorie res agatur ad illud accedunt et sic inanes et sine gracia recedunt, non ut accedant sed ut recedant festinantes, non ex affectu devocionis sed ex defectu divini fervoris, et ideo fideles laicos qui ex furore divine caritatis cupientes accedere repellunt et ipsis totum ac

<sup>50</sup> Cf. *Querite*, 48. In c. 14 (in rubro) legitur: „Qui precio ordinat, lepram, non offitium confert”.

<sup>51</sup> Cf. *Puncta*, 88-109; *Tabule*, 50-51; cf. Petrus Wysz, *Speculum aureum de titulis beneficiorum ecclesiasticorum*, ed. W. Seńko, Piotr Wysz z Radolina i jego dzieło *Speculum aureum*, Warszawa 1995, 113 „Scriptum est: nihil dat quod non habet, et nullus plus iuris in alium transferre potest quam ipse habet, ut dicit regula iuris (*Sextus 5, 1, Regula 79*)”. C. 1 q. 1, c. 17: „Qui perfectionem Spiritus non habent, ipsam dare non possunt. Innocentius: qui bonum non habuit, honorem dare non poluit nec aliquid accepit ille quia nihil erat in dante”. Cf. Anonimus, *Tractatus de simonia ms VE 28*, 11,159-296 ; 12 , 283-285, passim (*Tractatus De simonia* fuit fons doctrinae Nicolai in materia de simonia).

<sup>52</sup> Cf. *Contra Gallum*, 173; *Replica*, f. 19r.

<sup>53</sup> Cf. Matthias de Janov, *Regulae V. et N. Testamenti, De Corpore Christi* Liber V, 263; *Contra Gallum*, 181: „Et quid est hoc sic semper querere occasiones recedendi ab amico Iesu Cristo”.

<sup>54</sup> Augustinus, *De natura boni contra Manichaeos liber unus*, nr. 25 ed. elettronica (PL 42, 0551-0572).

<sup>55</sup> Cf. Matthias de Jnnov, *Regulae V. et N. Testamenti* , vol. I, 84; vol. IV, 282-283, vol.V , 351.

<sup>56</sup> „qui forsitan nunquam...comunicare”, cf., omissis omittendis et nonnullis verbis mutatis, *Contra Gallum* 173-174.

perfectum sacramentum denegant, qui [cf. 1Pt 2,3] „si gustassent quam dulcis | est Dominus”, mitis ac multe misericordie, suum fidelem populum non repellerent, qui utique nullum vere ad se accedentem repulit sed magis repellentes ab illo increpavit, ut patet Mt. XIX<sup>o</sup> [cf. Mt 19,13]. Hii enim impudentes  
 5 publice confiteri non verentur se potius velle abstinere sed quasi necessitate compulsi ratione officii vel beneficii oportere celebrare et per consequens **communicare**.

„Sed Domino<sup>57</sup> veniente audient illam horribilem vocem<sup>58</sup>: Maledicti qui eratis dispensatores sacramentorum meorum et animas meas dilectissimas | a me  
 10 quantum in vobis erat | crudeliter repulistis. Ite ergo cum dyabulo et angelis  
 eius, non enim digni estis gustare cenam meam a qua fideles meos fugastis”. Item si hoc esset tantum dictum Apostolis „Bibite ex eo omnes”, eadem ratione solum ipsis esset dictum illud „Accipite et dividite inter vos” [Lc 22,17]. Et sic<sup>59</sup> quantum ad plebem omnino cessaret communio sacramentalis et per consequens  
 15 iuge sacrificium quod<sup>60</sup> est antichristicum. Danielis XII [Dn 11,31; 12,11]. Dicit ergo Ieronimus super Luc<sup>61</sup> [Lc 22,19]: „Accipit Ihesus panem et benedicens fregit”, tradens et figurans corpus suum in panem, formans | sanguinem suum in  
 calicem vino et aqua mixtum ut alio purgaremur a culpis, alio redimeremur a pe-  
 nis sanguineque agni servatur a percussione | angeli [cf. Ex 12]et aqua maris ru-  
 D 225v

<sup>57</sup> *Libri revelationum S. Brigittae* in: St. Birgitta of Sweden, Editio Princeps, Lübeck 1492, ed. elettronica cura A. M. Jönsson, Uppsala 1999-2001, lib. III Liber de sacerdotibus, 1349-1373; S. Brigittae *Revelationes* in codicibus ms. 1259 Bibliothecae Jagellonicae (a. D. 1396, Praga per Iohannem dictum Cropacz [italice: Giovanni Cipolla]); Praha Archiv PH ms. C 87 (a. D. 1392; hunc librum rex Wenceslaus in sui lecturis magni facebat iuxta bibliam): Nicolnus probabilis usus est *Collectis* fragmentorum Birgittae, Hildegardis, Henrici Susonis et aliorum: cf. supra et *De imaginibus*, 219; et *De purgatorio*, 81 [ly donec], 109, *Apologia (Reprobatio Decreti Constantiensis)*, in conclusione; cf. Praha Archiv PH ms. D 118, ff. 255v-266r " [Excerpta theologica] de indulgentiis, de digna et indigna communione, ex revelationibus Birgittae, quomodo *ly donec* accipitur, ex prophetia Hildegardis". S. Brigitta (t 1373) proclamata fuit sancta a. 1391, Matthaео de Cracovia favente.

<sup>58</sup> „Maledico...fideles meos fugastis”, cf. *Apologia*, 174, f. 191vb.

<sup>59</sup> Haec interpretatio communionis saepe habetur in *Regulis V. et N. Testamenti*: "iuge sacrificium id est: communio cottidiana vel alias crebra corporis et sanguinis ablata est a populo cristiano tum per hoc quod habundante iniquitate et refrigescente caritate [Mt 24,12] cessaverunt venire ad sacramentum altaris frequentandum" (lib. III tract. 6 cap. 62: vol. II, 282; cf. I, 75; V, 250; VI (liber V), 40, 57, 126,133, 137, 210) *V. et N. Testamenti*; cf. Iacobellus, *Sermo in Festo Corporis Christi*, f. 162v; *Plures Tractatuli pullulant.. Ormnibus Christi fidelibus*, passim; *Quia heu in templis*, f. 1r, et alibi de novissimis temporibus de quibus Mt 24.12 iam Sanctus Bernardus loquitur in quodam sermone: "Hec sunt novissima tempora in quibus refrigescit charitas et habundat iniquitas multorum" (PL 184,1087).

<sup>60</sup> Meliorem lectionem invenies in *Regulis*: "quod est de antichristo et ipsius temporibus fiendum prophetatum (Dn 11,31)".

<sup>61</sup> Apud Ieronimum non invenitur *Commentanus super Lucam* et in *Commentario super cap. 26 Matthaeum* non habetur hacc interpretatio, sed vid. Thomas Aquinas, *Catena aurea, Expos. in Marcum 14,6*: "Ieronimus. Mystice autem in panem transfiguratur Dominus corpus suum ... quod est Ecclesia praesens quae [etc.]; formatus in sanguinem suum in calice vino et aqua commixtum: ut alio purgemur a culpis, alio redimamur a poenis: sanguine namque agni servantur domus a percussione angeli, aqua maris rubri extinguuntur inimici", III p. 278.

- V 259v bri extingwntur inimici [cf. Ex 21]. Et sequitur De con. di. II | Quid sit, et est Gregorius<sup>62</sup> [De con. D. 2 c. 73 .& 1]: „Eius quippe corpus sumitur, eius caro in salutem partitur populis, eius sangwis non iam in manus infidelium sed in ora fidelium funditur”. Hec ille. Unde Gregorius<sup>63</sup> in Omelia paschali, et concor. De con. di. II Quid sit. dicit: „Pensandum nobis est quid de Pascha lex loquitur ut 5
- J 185v indagemus subtilius an de Christo dicta videantur. Moyses quippe ait: | ‘sument [cf. Ex 12,7] quoque de sanguine agni ac ponent super utrumque postem et <in> superliminaribus domorum in quibus comedent illum’; quis nam sit sangwis agni, non iam audiendo sed bibendo didicistis qui sangwis super utrumque postem accipitur quando non solum ore corporis sed eciam cordis hauritur. In utro- 10 que enim poste agni sanguis ponitur quando sacramentum passionis illius cum ore ad redempcionem sumitur, ad imitationem quoque cum intenta mente | cogitatur, nam qui sic sanguinem Redemptoris nostri accipit ut imitari passionem
- G 203vb illius | necdum velit in uno poste sanguinem posuit”. Unde Augustinus in I *Sentenciarum* Prosperi, et ponitur De con. di. II [De cons. D. 2, c.37]<sup>64</sup>: „Dum fran- 15 gitur hostia, dum sanguis de calice in ora fidelium funditur, quid aliud quam dominici corporis in cruce ymolacio eiusque sanguinis de latere | effusio designatur?” Et „timorem, fidem et dileccionem debet habere qui panem et calicem Domini percipit”, e. di. Timorem. [De con. D. 2, c. 25 & 2]. „Hoc sacramentum pietatis est signum unitatis, vinculum caritatis. Qui wlt vivere accedat et credat 20 ut incorporet sibi hunc cibum et potum”, e. di. | Hoc sacramentum. [De con. D. 2 c. 63]. Augustinus e. di. [De con. D. 2 c. 92]: „Accesserunt iudei ad Ihesum ut cucifigerent; nos accedamus ut corpus eius et sanguinem accipiamus. Item. Vere magnus Dominus et magna misericordia eius qui nobis dedit manducare corpus suum in quo tanta perpeusus est et sanguinem suum bibere. Item<sup>65</sup> in Psa<sup>o</sup> 25 XXVIII<sup>o</sup> ad iudeos: ‘Iam securi bibite sanguinem quem fudistis. Psa<sup>o</sup> LXXV<sup>o</sup>. Ipsum sanguinem quem | per insaniam fuderunt, per gratiam biberunt”. Et dicitur e. di. Comperimus<sup>66</sup> [De con. D. 2 c. 12] super verbo „divisio” [Gl.ad c. 12 cit. ad v. quia divisio, 1917-1918] quod „dicuntur hic duo sacramenta et unum 30 propter unum conceptum; revera enim sunt ibi plura sacramenta, | nam accidentia panis sunt tantum sacramentum corporis Christi sed accidentia vini sunt tantum sacramentum sanguinis; sed ecce sub specie panis est corpus Christi et sanguis, ymo totus Christus; similiter sub specie vini.

<sup>62</sup> Cf. *Sermo Nisi manducaveritis*, G 204ra; *Sermo Nisi- Dessau*, f.28v; *Replica*, f. 15r; *Pius Ihesus*, 85.

<sup>63</sup> Gregorius Magnus, *XL homiliarum in evangelia libri duo*, I.II, homilia XXII, PL 76, 1177-1178 (partim cit. in *De con. Di. 2, c.73*).

<sup>64</sup> Cf. *Sermo Nisi-Dessau*, f. 29r; *Replica*, f. 24v. Cf. quod supra legitur ‘Augustinus in libro *Sentenciarum Prosperi*’ in rubro ad c. 37.

<sup>65</sup> Verba quae in canone referuntur ad Psalmos non extant in Vulgata Clementina.

<sup>66</sup> Cf. supra adn. G f. 202v. Cf. *Replica*, f. 32rv, 35r-36r, 37r; *Sermo Nisi manducaveritis*. infra G 204ra; *Apologia*, 96, 99, 152-153, G 168vb. 169vaa. (gl. *divisio*)184ra; *Processus consistorialis*, 7; Iacobellus, *Sermo in Festo Corporis Christi*, f. 159v; *Pius Iesus*, 82, 86; *Praernissis positione*, ed.Hardt, 478-479,489; *Plures Tractatuli pullulant...Omnibus Christi fidelibus*, f. 9r; praesertim Nicolaus utitur canone 12 rationem habens utraquisticae significationis pertinentis glossae.

- Non tamen est ibi duplex sumpcio corporis vel sanguinis Christi; in solam enim carnem panis convertitur et vinum in sanguinem et sic solam eius sumimus carnem, in c. Quid sit. [*De cons.* D. 2, c. 73] super verbo “solum” [*Gl. ad c. 73 cit. ad v. solum*, 1935-1936] e. di.: “nec superflue sumitur sub utraque specie.
- 5 Nam species panis ad carnem, species vini ad animam refertur cum vinum sit sacramentum sanguinis in quo est sedes anime<sup>67</sup> [*cf.* Lv 17,11], ideoque sumitur sub utraque specie ut significetur quod utrumque Christus assumpsit et carnem et animam; et quod tam anime quam corpori participacio valeat. Unde si sub una tantum assumeretur ad alterius tantum tuicionem valere significabitur”. Hec in
- 10 dicto C. Comperimus in glo. Unde dicit Ambrosius De con. Di. II [*De con.* D. 2 c. 14]: | „Si quo | cicscumque<sup>68</sup> effunditur sanguis Christi, in remissionem pecca- Ba 326r  
torum effunditur; debeo merito sempre accipere. Qui sempre pecco, debeo sem- G 204rb  
per accipere medicinam sanguinis”. Et idem dicit<sup>69</sup>: “Medicina enim spiritualis est que cum reverencia degustata purificat sibi devotum et memoria | est nostre J 186r
- 15 redempcionis ut Redemptoris nostri memores maiora ab eo consequi mereamur. Et quia in morte Christi liberati sumus huius in bibendo et edendo carnem et sanguinem memores esse debemus. In<sup>70</sup> hoc consecutum novum Testamentum quod est nowa lex que obedientem sibi tradit celestibus regnis; Testamentum ergo sanguine constitutum est quia beneficii divini sangwis [*cf.* Ex 24, 8] testis
- 20 est. Unde ad tuicionem corporis et anime percipimus quia caro Christi pro salute corporis, sangwis vero pro anima nostra sumitur | et [*cf.* Lv 16,28] effusus est; CI 170v  
sic Moyses prefiguravit dicens [*cf.* Dt 12,23]: „Caro, inquit, pro corpore vestro offertur, sangwis vero pro anima’, ideoque non manducandum esse sanguinem”, lex precepit [*cf.* Dt 12,23]. Sed quod sanguis a populo modo non bibitur, ymo
- 25 nec sumitur patet per Thomam<sup>71</sup> parte ultima q. LXXX ar. XII sic | dicentem: |

<sup>67</sup> Cf. Albertus Magnus, *De Eucharistia*, 210: „Nec loquimur de sanguine in quantum in ipso specialiter est gratia expiationis, sed potius in quantum *sedes animae est in sanguine*, in pretium redemptionis”.

<sup>68</sup> Mathias de Janov, *Regule V. e N. Testamenti*, lib. III tract. 3 cap. 13 (vol. II p. 105); Matthiae de Janov, *Regulae*, lib. IV (vol. V, 56); *Salvator noster*, 124; *Pius Iesus*, 84; *Praemissa positione*, ed. Hardt 471 et 484; *Quia heu in templis*, 100; *Magna cena*, 132; *Contra Gallum*, 183, *Replica*, f. 24v, *Sermo-Nisi*, Dessau, f. 29r.; Jacobellus, *Sermo in Festo corporis Christi*, *Puncta* 193; cf. infra adn. G 213ra. *Apologia*, 96, 99, 152-153, G 168vb. 169vaa. (gl. *divisio*)184ra; *Processus consistorialis*, 7; Iacobellus, *Sermo in Festo Corporis Christi*, f. 159v; *Pius Iesus*, 82, 86; *Praernissis positione*, ed. Hardt, 478-479, 489; *Plures Tractatuli pullulant...Omnibus Christi fidelibus*, f. 9r; praesertim Nicolaus utitur canone 12 ratio. Albertus Magnus, *De Eucharistia*, 210: „Nec loquimur de sanguine in quantum in ipso specialiter est gratia expiationis, sed potius in quantum *sedes animae est in sanguine*, in pretium redemptionis”. Mathias de Janov, *Regule V. e N. Testamenti*, lib. III tract. 3 cap. 13 (vol. II p. 105); Matthiae de Janov, *Regulae*, lib. IV (vol. V, 56); *Salvator noster*, 124; *Pius Iesus*, 84; *Praemissa positione*, ed. Hardt 471 et 484; *Quia heu in templis*, 100; *Magna cena*, 132; *Contra Gallum*, 183, *Replica*, f. 24v, *Sermo-Nisi*, De

<sup>69</sup> Pseudo-Ambrosius (Ambrosiaster), *In Epistulam b. Pauli ad Corinthios primam*, c. XI, PL 17, 242-243; *Sermo-Dessau*, f. 29r.

<sup>70</sup> „In hoc consecutum novum...effusus est”: *Salvator Noster*, 124; *Pius Iesus*, 84; *Quia heu in templis*, f. 13v; Andreas De Broda, *Tractatus de sumptione*, 192.

<sup>71</sup> Thomas Aquinas, *Summa theologica*, III q. 80 a. 12; cf. *Apologia*, 96, G 170rb. *Processus consistorialis*, 7 : cf. Andreas de Broda, *Tractatus de sumptione*, 203, 208. Vid. inferius adn. ad G

*V 260v* „In quibusdam ecclesiis provide observatur ut populo sanguis non detur sumendus sed solum | a sacerdote sumatur” et hoc propter periculum effusionis, de quo  
*G 204va*  
*D 226v* patebit infra. Unde Levitici XVII [Lv 17, 10-12] dicitur: „Homo quilibet de domo Israel et de advenis qui peregrinantur inter vos, si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra faciem illius et disperdam eam de populo suo 5  
quia anima carnis in sanguine est et ego dedi illum vobis ut super altare meum expietis pro animabus vestris et sanguis pro anime periculo sit. Idcirco dixi filiis Israel: Omnis anima ex vobis non comedet sanguinem nec ex advenis qui peregrinantur apud vos”. Et sequitur [Lv 17.14]: „Anima enim omnis carnis in sanguine est. Unde dixi filiis Israel: Sanguinem universe carnis non comedetis, quia 10  
anima carnis in sanguine est et quicumque comederit illum interibit”. Et ibidem XIX [Lv 19, 26]: „Non comedetis carnem cum sanguine”. Et Deut. XII [Dt 12,15]: „Si autem comedere volueris et te esus carniū delectaverit, occide et comede iuxta | benedictionem Domini Dei tui”. Et sequitur [Dt 12,15-16]: „Comedes absque esu dumtaxat sanguinis quem super terram quasi aquam effundens”. Et sequitur [Dt 12,23-27]: „Hoc solum cave ne sanguinem comedas, sanguis enim eorum pro anima est. Idcirco non debes animam comedere cum carni- 15  
bus sed super terram funde quasi aquam ut sit tibi bene et filiis tuis post te cum feceris quod placet in conspectu Domini: que autem sanctificaveris et voveris Domino, offeres oblationes tuas carnem et sanguinem super altare Domini Dei 20  
tui, sanguinem hostiarum fundes in altari”. Et ideo<sup>72</sup> reprobatur quod aliqui „dederunt intinctam eucaristiam populis”, ut De con. di. II Cum omne. [*De con. D. 2 c. 7 & 1*]. Et dicitur quod „seorsum panis et seorsum calicis commendatio memoratur”. Et ibidem dicitur: „Audivimus quosdam eiam expressum vinum sacramento dominici calicis offerre” id est [*Gl. ad c. 7 cit. ad v. expressum*, 1914] 25  
„degranatum botrum vel expressum post consecracionem ut tunc vice sanguinis sumatur post consecracionem”, glo. ibi. Et in textu <c. 7> dicitur: „Nam quod | de expresso botro, id est de uvarum granis populus communicatur, valde est | omnino confusum sed si botrus necesse fuerit in calice comprimatur et aqua  
*Cl 171r* misceatur”. Hec ibi. Et e. di. Didicimus [*De con. D. 2, c. 6*] dicitur |: „Didicimus 30  
*V 261r* quod in quibusdam ecclesiis sacerdotes sacrificio oblacionis coniungunt | uvas  
*G 205r* que secundum usum in altario offeruntur et sic simul utraque | populo dispensent. Precipimus ergo ut nullus sacerdos hec ulterius faciat sed in remissionem  
*A 227v* peccatorum populo oblacionem solam distribuatur et uvas seorsum benedictas populus qui peccierit accipiat et factum gratias agat largitori”. Et e. di. [*De con. D. 35*  
*D 227r* 2, c.8]: „Nichil in sacrificiis maius esse potest quam corpus et sanguis Christi nec oblacio hac pocior est sed hec omnes precellit que pura consciencia Domino offerenda est et pura mente sumenda atque ab omnibus veneranda. Et sicut pocior est ceteris ita pocius extolli et venerari debet”. Et dicit Ieronimus in Epistula ad Ephesios et ponitur De con. di. II [*De con. D. 2, c. 49*]: „Dupliciter<sup>73</sup> 40  
intelligitur caro Christi et sanguis vel spiritualis illa atque divina de qua ipse ait

f. 209ra.

<sup>72</sup> *Querite*, 76 ; Andreas de Broda, *Tractatus de sumptione*, 191-192.

- [Io 6,56]: ‘Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus’; et [Io 6.54]: ‘Nisi manducaveritis | carnem meam et sanguinem meum biberitis, non habebitis vitam eternam’<sup>74</sup>, id est [Gl. ad v. *Dupliciter intelligitur*, 1938] secundum quantitatem corporis glorificati quod spirituale videtur quia nulli 5 sensui subiacet’; „vel [c. 49] caro mea ea que crucifixa est et sanguis qui militis B 327r effusus est lancea”, id est [Gl. ad v. *Dupliciter intelligitur*] „secundum illam formam et quantitatem | quam habuit in cruce”. Sic inquit [Io 6.64]: „Verba que locutus sum ad vos, spiritus et vita sunt”, concor. e. di. Quia passus. *De con. D. 2, c. 36*] in fine. Unde dicit Augustinus<sup>75</sup> e. di. I [*De cons. (rectei)* D. 2, c. 44]:
- 10 „Spiritualiter intelligite que locutus sum: non hoc corpus quod videtis manduca- G 205rb turi estis et bibitori illum sanguinem quem effusuri sunt illi qui me crucifigent. Vobis sacramentum aliquod commendavi: spiritualiter intellectum vivificabit vos, caro autem quidquam non prodest”, « id est: [Gl. ad v. *caro autem*, 1934] ‘carnalis intellectus’; carnalem intellectum vocat eorum intelligenciam qui
- 15 credunt corpus Christi per partes dividi », sed ‘spiritus’ [c. 44] « id est [Gl. ad v. *spiritus*, 1934] ‘spiritualis intellectus’ «est qui iustificat» [cf. c. 44] et «prodest [Gl. ad v. *qui vivificat*, 1934] ad salutem», quasi diceret<sup>76</sup>: [Gl. ad v. *hoc corpus*, 1934] «non in eadem specie vel grossicie et reputacione qua me videtis et qua me pati videbitis, manducabitis carnem meam et sanguinem meum |, bibetis sed
- 20 in sacramento», ut dicitur per eundem e. di. c. sequenti [*De con. D. 2, c. 45*]<sup>77</sup>: ‘ „Ipsum quidem et non ipsum, ipsum invisibiliter et non ipsum visibiliter [...]. Si necesse est illud celebrari visibiliter, | necesse est tamen invisibiliter intelligi”. V 261v Non ergo intelligenda sunt verba Christi ut quidam volunt, tantum de spirituali comunione et non de sacramentali, necessitate exclusa, sed ut dicit Ieronimus |
- 25 et Augustinus supra. Et secundum eos eodem modo intelligeretur de corpore | Cl 171v Christi sicut de sanguine, spiritualiter et non sacramentaliter, et sic cessaret | totum sacramentum, eciam quia sacerdos sumit loco omnium, alii ergo non D 227v indigent, ut videtur. Sed intelligenda sunt<sup>78</sup> de spirituali comunione et sacra- G 205va mentali simul, ut volunt Ieronimus et Augustinus et alii sancti scilicet verba J 187r
- 30 Christi quando dixit non tantum sacerdotibus sed turbis [Io 6,53-56]: „Nisi manducaveritis carnem filii hominis et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem habet vitam eternam et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro mea vere est cibus et sanguis meus vere est potus: qui manducat meam carnem et bibit meum
- 35 sanguinem, in me manet et ego in illo”. Et ille celestis studens<sup>79</sup> I Cor. XI [cf. I Cor 11,23] non tantum sacerdotibus sed omnibus Corinthiis scribit secundum

<sup>73</sup> *Apologia*, 148, G 182ra; *Contra Gallum*, 184; *Sermo-Dessau*, f. 26r; Andreas de Broda, *De sacrameto eucharistiae*, p. 268.

<sup>74</sup> „idest...subiacet” (cf. *Contra Gallum*, 184).

<sup>75</sup> *Apologia*, 141, G 181ra (partim); *Contra Gallum*, 185; *Sermo-Dessau*, f. 27v; *Replica*, f. 1v (partim).

<sup>76</sup> *Contra Gallum*, 185.

<sup>77</sup> *Ibidem*.

<sup>78</sup> *Querite*, 49: „c. Cum omne., ubi dicitur quomodo quidam lac pro vino dederunt”.

eandem | sententiam sui Magistri scilicet Ihesus Christi per cuius revelacionem suam se dicit scienciam recepisse, Gall. I [*cf.* Gal 1,12b] sic [1Cor 11,26]: „Quocienscumque manducabitis panem hunc et calicem Domini bibetis”. Et sequitur [1Co. 11,27]: „Itaque quicumque manducaverit panem hunc et calicem biberit”. Et sequitur [1Cor 11,28]: „Probet autem seipsum homo”, non dicit: 5 sacerdos vel apostolus. Et subdit [1Cor 11,28b-29]: „Et sic de pane illo edat et de calice bibat; qui manducat et bibit indigne, iudicium sibi | manducat et bibit „Et sic semper facit mencionem de duplici sumpcione scilicet manducacionis et bibicionis calicis. Et idem dicit I Cor. X [1Cor 10,1 -3; *post. Lir.*]: „Nolo vos ignorare fratres quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes mare 10 transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari et omnes eandem escam spiritualem manducaverunt”, id est [*Lir. ad* 1Cor 10,3] ”manna que dicitur esca spiritualis | non virtute nature sed divine potencie fuit data et quia fuit figura sacramenti eukaristie quod spiritualiter nutrit”. Et sequitur [1Co. 10,4]: „Et omnes eundem potum spiritualem biberunt”, scilicet [*Lir.*] „aquam de 15 petra deductam virtute divina, ideo dicitur potus spiritualis”. Ideo subditur [1Cor 10,4; *Post. Lir.*]: „Bibebant autem de spirituali, ‘id est potum datum spirituali virtute’, consequente eos pe|tra, ‘id est obsequente eorum desiderio divina virtute hoc prestante’, petra autem erat Christus, ‘scilicet figurative’”. Et sequitur [1Cor 10,16-17]: „Calix benedictionis cui benedicimus nonne communicacio 20 sanguinis Christi est? et panis quem frangimus | nonne participacio corporis Domini est? quoniam unus panis et unum corpus multi sumus omnes qui de uno pane et de uno calice participamus”. Hec ille, et Lira ibidem. Et sic non distinxit inter hos et illos: nec nos distingwere debemus II q. V Consuluisti. [C. 2 q. 5 c. 20], concor. De maioritate et | obedientia. Solite. [X. 1, 33, 6 & 6] in fine ubi 25 dicit Innocencius III: „Ut illud tamquam notissimum obmittamus quod Dominus dixit ad Petrum et in Petro dixit ad successores ipsius [*Mt 16,19*]: ‘Quodcumque ligaveris super | terram, etc., nichil excipiens qui dixit: ‘Quodcumque’”, quia „qui omnia dicit, nichil excipit” XIX di. Si romanorum. | [D. 19 c. 1]. Sicut ergo scriptum est, ita servandum est, VI q. III Scriptum est<sup>80</sup> [C. 6, q. 3, c. 1]. „Nec 30 phas est dicere quod Scriptura menciatur”, XXIII q. V Quid ergo<sup>81</sup> [C. 23 q. 5 c. 6], et precipue Christi „cum non sit inventus dolus in ore eius [1Pt 2,22]” et „apex de lege ipsius non preteribit [Mt 5,18]”. Unde dicit Crisostomus super Mt<sup>82</sup>: „Omnis doctor servus est legis quia neque supra legem addere potest

<sup>79</sup> Nicolaus unicus appellat Paulum "celestem studentem": *Sermo Nisi manducaveritis*, 170, 177; *Contra Gallum*, 186; *Sermo -Dessau*, f. 28vb; *Quod fuit ab initio*, f. 31r.

<sup>80</sup> Interpretatio textus huius canonis cit. [qua Nicolaus utitur etiam in *De purgatorio*, 72] non pertinet ad sensum huius loci: "Gregorius. [in rubro: Alterius parochianum alicui iudicare non licet] Scriptum est in lege (*Dt 23,25*): Per alienam messem transiens falcem mittere non debes [etc.]. Verius *D. 19 c. 4*: "Stefanus papa. Enim vero [...] quicquid [Romana Ecclesia] ordinat, perpetuo irrefragabiliter observandum est".

<sup>81</sup> Ieronimus in Naum prophetam, ad c. 1 [in c. 6 Quid ergo.]: "[...] dicente Propheta: 'Non iudicabit Deus bis in idipsum in tribulatione'. Ergo qui puniti sunt postea non punientur"

<sup>82</sup> Pseudo-Crisostomus, *Opus imperfectum in Matthaem*, Hom..20 in Mat. 7 (*PG 56,747*). Qui textus, ut dixi, multum laudatur a Nicolao. et ceteris reformatibus (vid. *De purgatorio*, Introdu-



- aliquid | de suo sensu neque subtrahere aliquid secundum proprium intellectum: sed hoc tantummodo predicat quod habetur in lege Dei, nec enim potest mens humana detractare quod sapientia dicit. Sic enim ait Salomon [cf. Pro 30,6]: ‘ne addas ad verba Dei’ neque detrahas inde, qui autem hoc est ausus facere, se
- 5 sapienciosem putat esse quam Deum et incipit falsus esse testis quia illud dicit quod nec auris audivit nec oculus vidit. Christus autem Dominus legis est et subtrahere potest de lege quod propter necessitatem temporis iussit, utputa propter duriciam cordis iussum fuerat dare libellum repudii. Dominus illud | quasi potestatem | habens subduxit dicens [Mt. 19,6; Mc 10,9]: ‘quos Deus
- 10 coniunxit, homo non separet’. Item addidit [cf. Mt 19,8]: quod propter infirmitatem hominum minus fuerat iussum, utputa [Mt 5,21]: ‘dictum est antiquis: non occides; ego autem dico vobis: non irasci’, etc. „Et dicit Goffredus<sup>83</sup> quod „glossarum diversitas intelligenciam textus nonnumquam obtenebrat et dum per eas intra et supra discurritur, studentis distrahitur animus,
- 15 ebetatur ingenium et quasi laborintus lector ingressus, ut piscis intra recia provolutus, laqueos vidit undique, latus pertimescit utrumque et quo divertat ignorat, et qui incertus fuerat, incercior relinquatur”. Hec ille. | Et [cf. Io 8,44b] „qui ex popriis loquitur, mendax invenitur” Dionisius in De angelice yerarchie (libro)<sup>84</sup>. Exclamat ergo psalmista dicens<sup>85</sup> [Ps 73,20] „Respice in testamentum tuum quia obscurati sunt qui repleti sunt terre domibus iniquitatum”. Unde sequitur: „Ne avertatur humilis factus confusus, pauper et inops laudabunt nomen tuum”. Psa LXXIII. Item: [Ps. 63,8b-9a]: „Sagitte parvulorum facte sunt plage eorum et infirmate sunt contra eos lingwe eorum”. Ideo dicitur Apok. XI [Ap 11, 3]<sup>86</sup>de „duobus testibus” venturis ad pugnandum cum antichristo quod

zione, 20-21; cf. *Sermo Nisi manducaveritis*, G f. 213rb; *Apologia*, 124, G 175vb-176ra; *Sermo Dessau*, f. 28rb; *Processus consistorialis*, 7-8; *Replica*, ff. 5v, 19v, 34v-35r, 35v, 44r; *De proprio sacerdote et casibus*, f. 83v; cf. I. Hus, *De sufficientia legis Christi*, in Flacius Illiricus, *Historia et monumenta Magistri Iohannis Hus*, 2<sup>a</sup> Norimberga 1715, I, 57 (cf. I. Wyclif, *De civili dominio*); Iacobellus, *Premissa positione*, ed. Hardt 541-544; Jan Želivský, *Sermones*, ms. V E 3, f.51r; *Confessio Taboritarum*, 188; *Fede ed etica valdese*, 133; cf. infra adn. G 213rb.

<sup>83</sup> Goffredus de Trano, *Summa in titulos Decretalium*, Initium Prologi. f. 1r; *Replica*, f. 40r.

<sup>84</sup> *Recte*: Simon Fidati de Cassia, *De gestis Salvatoris*, lib. IX cap. 25; *De purgatorio*, 69; *Apologia*, 124, G 175vb-176ra ubi amanuensis transcripsit *Dionisium* verbum *Doctorem*. In ms. III G 8 Bibl. Publ. Prag. in *De purgatorio* nomen Dionisius est cassatum et habetur inter lineas terminus "doctorem"; Simon Fidati a Nicolao appellatur *doctor famosus et modernus* in *Replica*, (f.9r) et in *Apologia* ( 85, 95, G 166vb, 168va). A Nicolao titulus *famosus doctor* datur etiam Episcopo Cipriano *martiri Apologia*, 85. G 166vb, et Alberto Magno (*olim episcopus ratisponensis*, ut apud Iacobellum) *Replica*, f. 10rv, 35v, sed unus Simon Fidati vocatur "modernus".

<sup>85</sup> Apud Nicolaum versus *Ps. 73,20* semper legitur mutato verborum ordine: *Vulgata (Clementina 1592*, ed. Weber 1994): „quia repleti sunt qui obscurati sunt”; cf. *De iuramento ms. C 116*, 484; *De quadruplici missione*, 108.

<sup>86</sup> Cf. *De quadruplici missione*, 108; *Querite*, 35; *Apologia*, 127, G 175vb-176va. Hic laudatur versus *Apoc.*: „Et dabo duobus testibus meis, et prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta amicti saccis”. Data Antichristi omittitur a Nicolao qui saepe memorat "novissima tempora" persecutionis Antichristi in christianos (cf. adnot. G 209va). Sed Pragae doctrina de Antichristo fervebat, v.g. „<a.1355> Magister Albertus dixit quod in XX<sup>ti</sup> annis deberet venire Antichristus”, ms. Olomouc II 15, f. 2. Tempore Caroli IV venit Pragam Nicolaus de Lorentio (Cola di Rienzo)

sint „amicti saccis”, et non dicit quod debent incedere „togati, variati, ornati”, ut dicit Io. An.<sup>87</sup> De excessibus prelatorum. Ut apostolice [recte: *De privilegiis. Ut apostolice*. Sextus 5, 7, 6; Io. An. *Nov. ad Sextum ad cap. cit. gl. ad v. dignitatum*, 676]. | Ideo dicit Moyses in Deut. XXXII [Dt 32,15]: „Inpingwatus, dilatatus est dilectus meus et recalcitravit”. Et sequitur: „Dereliquit Deum factorem suum et recessit a Deo salutari suo”, quia [Io 5,44] „quomodo potestis credere qui gloriam ab invicem queritis? ”. Unde dicit Ieronimus<sup>89</sup>: „Difficile potentes, nobiles et divites et multo hiis difficilius eloquentes credunt Deo: obsecatur enim mens eorum | divitiis, opibus atque luxuria et circumdati viciis non possunt videre virtutes sed nec veritatem”. Sic<sup>90</sup> ergo ydoneus testis erat Io<hannes>, etc. Sed heu! iam magis sumus ciceroniste, platonici, etc., ratione cuius tamen beatus Ieronimus erat dire castigatus XXXVII di. Legimus [cf. D. 37 c.7], quam cristiani, et plus placent humane tradiciones, [cf. Is 29.13] timentes Deum doctrinis hominum. Ideo dicit psalmista [Ps 118,126]: „Tempus faciendi, Domine; dissipaverunt legem | tuam”. | In tantum est dissipatum quod

qui reliquit semina Ioachimismi (de quo vid. Felice Tocco, *L'eresia nel Medio Evo*, Firenze 1894, ris. anast. Firenze, 1972, 319-373, et praecipue 365-368; A. Molnár, *Cola di Rienzo, Petrarca e le origini della Riforma Boema*, „Protestantesimo” 19 (1964), 214-223; J. Nechutová, *Gioacchino da Fiore e i principi della Riforma Boema*, „Sborník prací filosofické fakulty beněšské univerzity” 9 (1964), 149-162; R. Cegna, *Appunti per una tipologia dello status Spiritus libertatis nella riforma boema*, in: *Il profetismo gioachimita tra Quattrocento e Cinquecento*, San Giovanni in Fiore 1989, ed. G.L. Potestà, 353-378; *Eschatologie und Hussitismus*, (Praha 1993), ed. A. Patschovsky-F. Šmahel, Praha 1996; R. Cegna, *Breve viaggio nella Riforma immaginaria del Quattrocento. De articulo de publicis peccatis puniendis*, „Studia mediawistyczne” 33 (1998), 173-193 (De antichristo, 190-193); cf. L. Bobková, *Velké Dějiny Koruny České*, IV-a, Praha 2003, 262-266 cum adnot. 44-45 Hlava II. Eschatologiae et Reformationis Prage pater fuit Johannes Milicijus de Cremsir (Jan Milíč z Krom.ěříže) de quo V. Herold-M. Mráz, *Iohannis Milicii de Cremsir- tres sermones synodales*, Praha 1974; cuius *Sermo de die novissimo* edidit F.M. Bartoš, „Reformační Sborník” 8 (1941), 49-58; cf. huius thematis novam disceptationem in A. Comi, *Verità e Anticristo- L'eresia di Jan Hus*, Bologna 2007, 13-24. Nicolaus laudat versum Apoc. 11, 3 et explicite loquitur de " pugna cum Antichristo" ( cf. *Querite*, 86). In vigilia Revolutionis ussiticae Jan Želivský in quodam sermone aperte dicit: "Et mulier dimicans contra Antichristum fugit in solitudinem per abdicacionem terrenorum et voluptatibus carnalibus et sic, sprete iocunditate mundanorum, pascitur deliciis spiritualibus. Et hoc est, quod subdit, ubi habet locum separatum a tumultu populari, paratum a Deo per specialem mentis inspiracionem. Ut ibi pascat illam, id est doctrina Scripturarum, diebus mille ducentis sexaginta sex, id est toto tempore quo fuerit persecucio Anticristi" (*Dochovaná kázání z roku 1419*, ed. A. Molnár, Praha 1953, 191) . *De Christi victoria et Antichristi casu*, Strasburgo ?, 1524-1525 ?, (ed. O. Brunfels, p. 36): „mulier (...) in desertum, deserta a curis temporalibus et amore terrenorum”.

<sup>87</sup> Citat. Io. An. et Deut. (cf. *Sermo Nisi manducaveritis*, G f. 209va); *De quadruplici missione*, 110 (Io. An.); *De purgatorio*, 74 (canonici.); *De imaginibus*, 225 (monaci); *Querite*, 59 (sacerdotes); *Apologia*, f. 176va (error in titulo *Sexti*); *Tabule*, 54 (id. error); A. Gałka, *Tractatus de Dotatione Constantini*, ed. F. M. Bartoš, *Poslání M. Ondřeje Galky králi Vladislavu Varnenčikovi*, Praha 1934, 26.

<sup>88</sup> *Querite*, 57.

<sup>89</sup> Hieronimus, *Commentarii in Prophetas minores*, In *Ionam* 3,69, CCSL 76, 409; *Puncta* 69, *Querite*, 57; *De iuramento C* 116, 489; *Dicta* ms. 1403, f. 172ra-va.

<sup>90</sup> non inveni; [partim aut per totum] *Querite*, 79; *Apologia*. 85,95, G 166vb, 168va; *Replica*. ff. 9r,12v, 22r.

- nescimus cito quomodo praticare et eciam difficile videtur et quasi novum et inusitatum. Unde dicit Symon de Cassia<sup>91</sup>: „Si ad morum correccionem ewange- *J 188r*  
lio Christi non creditur, desperandum est cui alteri melius credatur: subterfugia  
sunt, excusationes sunt, fidem nolle simpliciter servare, nolle | a criminibus *V 263r*  
5 explicari. Nam si angeli omnes ewangelizarent, si spiritus inmundi lingwis hu-  
manis predicarent, si omnes mortui revocarentur ad vitam cum sciencia et po-  
testate loquendi, si ostenderentur oculis humanis superni bona et inferni mala:  
ad hec omnia plus est Christus cui pre omnibus adhibenda est fides; ipse *G 206vb*  
detestatus vicia, predicavit penitenciam, dixit appropinquasse regnum celorum |  
10 et penas eternas minatus est qui vere novit infernum, novit et celum, per quem *D 229r*  
facta sunt secula qui docuit seculum”. Hec ille. Ideo dicit Ioh<annes> V° [Io  
5,34]: „Ego autem non ab homine testimonium accipio”. Item [Io 5,41-44]:  
„Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos, quia dileccionem Dei *CI 173r*  
non habetis in vobis. Ego veni in nomine Patris mei et non accipitis me: si alius  
15 venerit in nomine suo, illum accipietis. Quomodo potestis vos credere, qui  
gloriam ab invicem recipitis : et gloriam que a solo Deo est non queritis?”, etc.  
„Ipsa enim Sancta Trinitas secundum communem essenciam individua”, etc. De  
sum<ma> Tri<nitate>. Firmiter. [X. 1, 1, 1 & 1-2] „Ipsa sancta Trinitas  
secundum communem essenciam individua et secundum personales proprietates  
20 discreta, per Moysen | et sanctos prophetas aliosque famulos suos iuxta  
ordinatissimam disposicionem temporum, doctrinam humano generi tribuit  
salutarem. Et tandem Unigenitus Dei Filius Ihesus Christus a tota Trinitate  
communiter incarnatus ex Maria semper Virgine Spiritus Sancti cooperacione |  
conceptus, verus homo factus, ex anima rationali et humana carne compositus, *G 207ra*  
25 una in duabus naturis persona, viam vite manifestius demonstravit”. Hec ibi. Ad  
cuius ergo [*cf.* Io 6,68-69] dictum ibimus<sup>92</sup>, ad eius qui verba vite in se habet qui  
est Christus | Filius Dei, Iohannis VI; „in cuius ore non est inventus dolus et qui *Ba 329r*  
peccatum non fecit”, I P<etri> II [1Pt 2,22]; cuius vox Patris „audita est: hic est  
Filius meus dilectus in quo michi bene conplacui. Ipsum audite”. Matheus III et  
30 XVII [Mt 3,17; 17.5]. Et dixit „mater eius | ministris: quodcumque dixerit  
vobis, hoc facite”, et statim iussit impleri ydrias, Ioh<annis> II° [Io 2,5-6; *cf.* Io *A 228v*  
2,7]. „Mandata enim eius gravia non sunt”. I Ioh<annis> ultimo [I Io 5,3b].  
Ymmo „omnis qui recedit et non permanet in doctrina Christi Deum non habet;  
qui permanet in doctrina, hic et Filium et Patrem habet”, II Ioh<annis> I [2Io *V 263v*  
35 1,9]. Unde dicitur Primi Regum II [1Rg 2,12-13a]: „Porro filii Hely, filii Belial,  
nescientes Dominum | nec officium sacerdotum ad populum”, [1Rg 2,17] „erat  
autem peccatum puerorum grande nimis coram Domino quia detrahebant  
homines a sacrificio Domini”; [1Rg 4,10b et 11 et 18] „propterea facta est plaga  
magna nimis et ceciderunt de Israel XXX milia peditum et cesa sunt passim per  
40 agros quasi quattuor milia virorum, duo quoque filii Hely mortui sunt, Ophni et *G 207rb;*  
Phinees, et archa Dei capta est”. Quod cum audivisset | Hely „cecidit de | sella *D 229v*

<sup>91</sup> ???<sup>92</sup> B???

- retrorsum iuxta officium et, fractis cervicibus, mortuus est". Ibi III. Sed e contra [Ps 118,165]: „Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum", Psalmista [1Pt 2,7-8] „Vobis igitur credentibus honor, non credentibus autem lapis quem reprobaverunt edificantes. Hic factus est in caput  
*Cl 173v* credentibus autem lapis quem reprobaverunt edificantes. Hic factus est in caput  
*J 188v* anguli et lapis offensionis et petra scandali, hiis qui offendunt verbo nec credunt, 5  
in quo et positi sunt". I P<etri> II. Ideo dixit Mt. XI [Mt 11,6]: „Beatus qui non fuerit scandalizatus in me". Unde dixit Symeon Luc. secundo [Lc 2,34b]: „Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel: et in signum cui contradicetur". Et cum multi discipulorum eius hec audivissent [Io 6,66] „abierunt retro et iam cum illo non ambulant" quia scandalizavit eos sermo 10  
quem dixi [Io. 6,55]: „Caro mea vere est | cibus etc." Non obstante | scandalo et murmure „dixit ad duodecim: Nunquid et vos vultis abire?" Ioh<annes> VI [Io. 6,67].
- Unde notandum<sup>93</sup> quod duplex est scandalum, scilicet activum et passivum.
- Ba 329v* Activum est dictum vel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruine. 15  
*G 207 v* Illud autem quod deficit a debita rectitudine non est agendum et ideo nichil est agendum cum scandalo activo, sed dare sacramentum eucaristie et ministrare secundum Christi institutionem [Io 6,53] *Nisi manducaveritis car<nem> Fi<lii> hominis et biberitis eius sanguinem, etc.* | est rectum. Ideo activum scandalum in eo non potest habere locum propter quod de scandalo passivo intelligitur: quod 20  
est quando aliquis ex dicto vel facto alterius bono scandalisatur in perfectione sua et illud scandalum aliquando procedit ex ignorantia vel infirmitate illius qui scandalisatur et talia dicta vel facta bona occultanda sunt vel differenda quousque infirmi vel ignorantes instruantur nisi sint talia bona que sunt<sup>94</sup> de necessitate salutis que non sunt obmittenda propter scandalum alterius; si autem 25  
infirmi et | ignorantes post instructionem debitam in scandalo pemaneant, tunc tale scandalum non procedit ex infirmitate vel ignorantia sed ex malicia: tale scandalum est contempnendum, maxime quando | est contra bonum commune quia bonum commune semper est preferendum bono quorumcumque hominum  
*D 230r* singularium. Tale autem fuit scandalum scribarum et phariseorum qui sua mali- 30  
cia nitebantur inpedire doctrinam Christi in qua consistebat salus populi. Ex hiis  
*G 207vb* ergo colligat fidelis dispensator sacramentorum quod, si ex facto suo communi-

<sup>93</sup> „notandum quod duplex est scandalum, scilicet activum et passivum ... scandalum scribarum et phariseorum": Thomas Aquinas, *Summa Theol.*, II-II Quaestio 43 De scandalo art. I Ad primum et conclusio, art. VII Conclusio [ex maxima parte cit. ad litteram]; cf. Matthias de Janov, *Regulae V. et N. T., lib. V De Corpore Christi*, (t. VI) 215-216 (idem thema sub alia forma legitur).

<sup>94</sup> „de necessitate salutis que non sunt obmittenda propter scandalum alterius" (cf. X. 1, 9 De renunciatione, 10 Innocentius III Episcopo Calamitano. Nisi, quum pridem .& 6 Pro gravi quoque scandalo evitando (*Fr. II, 109*). Henricus Bohic, *Distinctiones in Decretales Greg.*, ad 1, 9, 10: „allegatio simplex nr. 2 „tum autem est tale bonum quo omissio non est salus". Cf. *Replica*, f. 5v ubi auctor de praecepto communionis utraque usus est locutione „de necessitate salutis", ut supra scribit Nicolaus, qua locutione de *absoluta necessitate* Ecclesia usa est tantum de baptismo. A. Piolanti, *De sacramentis-2 De SS. Eucharistia*, Torino 1945, p. 196-200: „Influxus Eucharistiae finalis est necessarius [tantum] *necessitate medi*" „ut effectus finaliter intentus" „(*Summa Theol.* III, q. 80, a.3) sine *voto* percipiendi hoc sacramentum non potest esse homini salus".

- cando populum sub utraque forma sive perfectum nutrimentum dando oriatur scandalum, docet scandalisatos ex testimonio Christi, sanctorum sanctarumve Scripturarum quod sit hoc sanum et sanctum, et si post instructionem scandalum non cessat, contempnet, ymmo etiam usque ad mortem ad modum boni | *Cl 174r*
- 5 pastoris reluctetur quia tunc non videtur ex ignorantia vel infirmitate sed ex certa malicia procedere, dicens cum Christo [Mt 15,14]: „Sinite eos quia ceci sunt et duces | cecorum”, Mt. XV, quia hoc etiam est contra bonum commune gregis quia in percceptione digna tocuis sacramenti dantur maxima bona, que *Ba 330r*
- 10 homo in presenti potest consequi que ipse fidelis pastor etiam usque ad mortem corporalem debet querere. Ideo dicitur Philipp I [Ph 1, 27-29]: „Tantum digne in ewangelio Christi conversamini, ut, sive dum venero et | videro vos sive absens, *J 189r*
- audiam de vobis quia stabitis in uno spiritu unanimes conlaborantes in fide ewangelii; et in nullo deterreamini | ab adversariis que est illis causa perdicionis, vobis autem salutis, et hoc a Deo: quia vobis donatum <est> pro Christo, non
- 15 solum ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo paciamini”. Etiam<sup>95</sup> non est di- *G 208ra*
- mittendum propter scandalum quia pertinet ad „veritatem vite | que non est di- mittenda propter scandalum, De regulis iuris. Qui scandalizaverit” [Beda *super V 264v*
- Mc 9,41; X. 5, 41, 3]: „Utilius scandalum nasci permittitur quamquod veritas relinquitur”, ibi. Sed recedere a via Domini est scandalisare. Unde Malachie II
- 20 [MI 2,8] dicitur: „Vos recessistis de via et scandalizastis plurimos in lege et irri- *A 229r*
- tum fecistis pactum meum, dicit Dominus exercituum”. Et de illis scandalizato- ribus dicitur L di. De hiis. [*Rabanus episcopus*: D. 50 c. 34]: „Hii qui | depre- hensi vel capti fuerint publice in periurio, furto atque fornicacione et ceteris hu- iusmodi criminibus secundum sacrorum canonum instituta a proprio gradu deci-
- 25 dant quia scandalum est populo Dei tales personas supra se positas habere quas ultra modum viciosas constat esse. Nempe detrahunt homines a sacrificio Dei, *D 230v*
- sicut | quondam Heli filiis peccantibus fecisse leguntur et rebelles hinc atque contrarii existentes eorum pravis exemplis cottidie | peiores fiunt”. Taceo de pri- mis et precipuis hereticis scilicet de symoniaco<sup>96</sup> [Ps. 118,165]. „Pax<sup>97</sup> autem
- 30 multa diligentibus legem tuam, et non est illis scandalum”. Nec valet si allegatur consuetudinem non esse, quia potius corruptela<sup>98</sup> est dicenda quia „in hiis de *G 208rb*
- quibus rebus | nil certi statuit divina Scriptura, mos populi Dei et instituta maio- *Ba 330v*

<sup>95</sup> Iacobellus, *Pius Iesus*.86, et responsum Andr. de Broda, *Tractatus de sumptione*, 203-204 ; Iacobellus, *Plures Tractatuli pullulant...Omnibus Christi fidelibus*, f. 16r: „Melius est scandalum quam veritas”. Cf. X 1, 9, 1. Henricus Bohic, *Distinctiones in Decretales Greg. I*, ad 1, 9, 10 & 6: „Non est propter scandalum relinquenda veritas id est Filius Dei qui est via, veritas et vita, Io 14,6” (nr. 4, 33).

<sup>96</sup> C. I q. 7 c. 27 (canon multum landatur a Nicolao ut vidimus in *Punctis*, in adn. 19, 126, 229): „Patet symoniacos - veluti primos et precipuos hereticos ab omnibus fidelibus respuendos [etc.]”.

<sup>97</sup> *Replica*, f. 22v.

<sup>98</sup> Cf. Innocentius III. De consuetudine. Cum inter vos. X. I, 4, 5: „cum non consuetudo. sed corruptela potius est censenda”; X. I. 4, 7 et 11: „haec non tam consuetudo quam corruptela sit censenda”; „quacumque consuetudine, quae dicenda est verius in hac parte corruptela”. (Vid. usum huius capituli in *Punctis*). De consuetudine simili corruptelae, *Replica*. f. 7rv.

- rum pro lege tenenda sunt". XI di. In hiis [D. 11 c. 7]. „Consuetudo<sup>99</sup> est quod-
- Cl 174v* dam ius moribus institutum quod pro lege suscipitur cum deficit lex". I di. Con-
- suetudo [D. I, c. 5]. „Veritate autem manifesta, cedat consuetudo veritati. (...) Nemo consuetudinem rationi et veritati preponat quia consuetudinem ratio et veritas semper excludit". Augustinus VIII di. Veritate. [D. 8 c. 4]. „Quelibet co-
- 5 nuetudo quantumvis vetusta et wlgata veritati omnino est postpouenda, et usus qui veritati est contrarius est abolendus". Gregorius VIII di. Consuetudinem. [D. 8 c. 5]. „Consuetudo sine veritate | vetustas erroris est". VIII di. Consuetudo [D. 8 c. 8]: „Usus et consuetudo | legem et rationem vincere non possunt", XI di.
- V 265r* Consuetudinis. [*ex Codice* 7, 2; D. 11, *rubrum* c. 4]; „In hiis rebus in quibus nil
- G 208va* certi statuit divina Scriptura, mos populi Dei et instituta maiorum pro lege tenenda sunt", Augustinus XI di. In hiis [D. 11 c. 7]. Sicut exemplificat ipse XII di. Illa <autem que non scripta>. [D. 12 c.11] ut<sup>100</sup> „quod alii ieiunant sabbatum, alii non, alii cottidie communicant corpori et sangwini Domini, alii certis diebus accipiunt: et si quid aliud | huiusmodi", ut dicit, illa „que non scripta" sunt. Hec
- 15 ibi. Sed planum est hic esse Scripturam [*cf.* D. 8 c. 5 et 6]: „Non dixit ergo Christus Ihesus: Ego sum consuetudo, sed dixit [Io 14,6]: Ego sum veritas". Ideo dixit [Io 8,32]: „veritas liberabit vos" et [*cf.* Io 18,37b] „omnis | qui est ex veritate ipsam audit". Debemus ergo esse predicatores, doctores veritatum, non
- J 189v* consuetudinum talium que pocius dicende sunt corruptele quia „[c. 8] diuturnitas temporis peccatum non minuit sed auget | [c. 11 et 9]. Et tanto graviora sunt peccata de quanto diucius infelicem animam detinent alligatam". De consuetudine. Cum tanto. [X. 1, 4, 11], concor. De symo<nia> Non satis. [X. 5, 3, 8], et c. sequenti [X. 5, 3, 9]. Nec debet<sup>101</sup> esse melioris condicionis fur propter furti continuationem. ff. De furtis l. Inficiando [Dig. 47, 2 *De furtis*, 67 & 2 *in fine*; I. 872]<sup>102</sup>. Teneo ergo certum et dimitte | incertum. Sed hic lex Filii Dei est certa, et celestis studentis Pauli, ut supra<sup>103</sup>, ergo, etc., qui licet arguebat Corinthios de
- D 230r bis* hoc quod male se habebant circa sacramentum eucaristie quantum ad cibum, quia aliqui eorum pransi sumebant, ideo dicit [1Cor 11, 22b]: „Laudo vos? in hoc non laudo", tamen non reprehendit ipsius sacramenti sumpcionem, ymo
- Ba 331r* 25 statim adhibet remedium et ostendit modum sumendi dicens [1Cor 11,28]: „Probet autem seipsum homo et sic de pane illo edat et de calice bibat" etc. „Nam in primitiva ecclesia sic dabatur fidelibus", Lira [*Postilla Lir. ad vers. cit.*]
- G 208vb* 30

<sup>99</sup> Hoc collectum canonum de consuetudine (*ex D. 8 et ex D. 11*) inuenies etiam in *Apologia*, 102. 104, 105, 102, 110, 120,129, *G* 169ra, 170rabva, 176 rbvb, 177ra; *De purgatorio*, 144 (adnot. 198); *De usuris* I, 208-209; (*c. 7 ex D. 11*) *Tabule* 49, *Sermo-Dessau* f. 2rv; *Replica*, ff. 2v, 7rv 21rv, 23r, 28rv, 30rv; Iacobellus, *Praemissas positione*, Hardt 510-513. De consuetudine vid. adnot. 217 ad *Puncta*. Canone 7 ex D. 11 et sequenti C. 11 ex D. 12 usus est Andreas de Broda contra Utraquistas in sua *Lectura de communione laicorum sub utraque specie*, 226.

<sup>100</sup> *Contra Gallum*, 169 ; *Replica*, f. 49v.

<sup>101</sup> *De usuris* I, 208-209.

<sup>102</sup> „Tene certum et dimitte incertum": cf. De pe. Di. 7, c. 4 Si quis autem (in fine) & 1 Sed unde scis (...) Item si scirem; quem c. 4 allegat Henricus Bohic, *Distinctiones in Decret. Greg.*, de quibus supra.

<sup>103</sup> Cf. supra adn. G 205va.

- ibidem. „Quia tempore ecclesie primitive erant mundi per baptismi innocenciam et | caritatem ardentem per devocionem Spiritus Sancti, ideo etiam cottidie communicabant”, Bonaventura<sup>104</sup>. Lira super illo [Prov 9, 5]: „Vinum quod miscui vobis „ Prover. IX [Postilla Lir. ad vers. cit.] dicit: „id est sanguinem  
 5 meum sub specie vini in quo admiscetur aqua. In utraque enim specie communicabant antiquitus fideles sed propter periculum effusionis sanguinis ordinatum est quod datur laicis sub | specie panis tantum”. Idem dicit super illo *CI 175r*  
 [1Cor 11, 28]: „Et sic de pane illo edat et de calice bibat”, [Postilla Lir. ad vers. cit.] „Fit autem hic mencio de duplici | specie; nam in primitiva ecclesia sic  
 10 dabatur fidelibus sed propter periculum effusionis sanguinis modo datur tantum sub specie panis”<sup>105</sup>. Hec I Cor. XI [1Cor 11,23 et 28]. Et idem ibidem super illo [1Cor 11,23]: „Quoniam Dominus noster in qua nocte tradebatur”, [Post. Lir. ad *V 265v*  
 vers. cit.] quod „sicut”<sup>106</sup> in vita corporali primo est generacio, secundo geniti nutricio; sic in vita spirituali precedit baptismus qui est spiritualis generacio et *G 209ra*  
 15 sequitur eucaristia que est spiritualis nutricio; in generacione vero naturali generans non coniungitur genito secundum substanciam sed solum secundum virtutem et in nutricaoe cibus coniungitur nutritio secundum substanciam. | Et similiter in vita spirituali Christus in sacramento baptismi solum | est secundum virtutem sed in sacramento eucaristie quod alimentum est spirituale et secundum  
 20 substanciam. (...) Datur etiam hoc sacramentum sub duplici specie scilicet panis et vini ut per hoc | perfecta spiritualis refeccio designetur et quia est memoriale passionis Christi in qua sanguis fuit separatus a carne”. Et idem dicit super illo [1Cor 11,25] „similiter et calicem” [Post. Lir. ad cit.] ibidem quod „sicut *D 230vbis*  
 Christus convertit panem in corpus suum ita et vinum in sanguinem, utrumque *Ba 331v*  
 25 enim est de perfeccione huius sacramenti, tum | quia per utrumque simul exprimitur perfecte passio Christi cuius est | memoriale, tum quia utrumque *A 229v*  
 simul significat perfectam refeccionem”. Sic legitur de sancto Donato quod<sup>107</sup>

<sup>104</sup> Cf. Bonaventura, *In 4 Sent.*, d. 12 art. 2 q. 2 concl. (*Opero omnia* IV, 296): cf. Andreas de Broda, *Tractatus de sacramentoo eucharistiae*, 272. *J 190r*

<sup>105</sup> Haec citatio habetur in: Andreas de Broda, *Tractatus de sumptione* (contra *Pius Iesus* Iacobelli qui vere ea citatione non utitur), 219-220. Nicolaus omittit conclusionem Lirensis: „Sacerdos tamen celebrans accipit sub utraque specie, non tantum pro se sed pro aliis”. De themate periculi effusionis sanguinis vid. Supra ad G f. 204va, cf. Iacobellus, *Premissis positione*. ed. Hardt 450; cf. M. Rubin, *Corpus Christi*, 70-71: de periculo effusionis admonuerunt Guilelmus de Vitry (De sacramentis: „Laicis autem propter periculum non est danda eucharistia sub specie sanguinis”) et Statuta sinodalia in Nimes, Arles, Beziers anno 1252; in saeculo XII calix plerumque remotus fuit a communione. Post reformationem Concilii Vaticani II possunt laici calice uti tantum ad meliorem expressionem liturgiae: C. Magnoli, *Il mistero eucaristico*, Dispense scolastiche, Milano ISSR 1998, p. 85. *G 209rb*

<sup>106</sup> Cf. *Contra Gallum*, 169-170; *Replica*, f. 50r.

<sup>107</sup> Iacobus de Voragine (Varagine, Iacopo da Varazze †1298), *De S. Donato Legenda aurea*, c. CXV, *Legenda aurea* ed. Th. Graesse, Vratislaviae 1890, ripr. Anast. Osnabrück 1969, 485. Cf. *Sermo-Dessau*, f. 27v; *Replica*, f. 47r; *Salvator noster* 128; *Pius Iesus*, 84; *Premissa positione*, Hardt, 404,492. Responsum Andreae de Broda contra Iacobellum, *Tractatus de sumptione*, 194: „Non cessat adversarius pro se testimonia *qualiacumque* cumulare”. Nicolaus omittit finem fragmenti ubi loquitur de calice restaurato (cum usus calicis valeat in sua probatione sine laudatione

„cum quadam die, missa celebrata, populus communicaret et dyaconus communi-  
 catis Christi sanguinem propinaret, subito paganorum impulsu dyaconus cecidit  
 et calicem sanctum fregit”. Est enim hoc officium dyaconi tradere sanguinem  
 cum calice XCIII di. Dyaconi sunt [Ieronimus, D. 93 c. 23]. „Unde dicuntur  
 levite a Levi (...) et sunt quibus in templo Dei mystici sacramenti misteria  
 explebantur. Hii grece dyacones, latine ministri dicuntur quia sicut in sacerdote  
 consecratio ita in dyacono ministerii dispensatio habetur”, XXI di. Cleros.  
 [Isidorus, *Cleros et clericos*, D. 21 c. 1 & 13]. Et dicit Gwilel<mus> in  
 Sacramentali suo<sup>108</sup> quod „ordo dyaconatus est potestas qua in altari corporis et |  
 Cl 175v sanguinis Domini dispensatio seu administratio et sacri verbi predicatio 10  
 noscitur esse data”. Unde dicitur XCIII di. Dyacones. [Ieronimus, *Dyaconi sunt*,  
 D. 93 c. 23] in textu et in glo. [gl. ad c. cit. ad v. in ministro dispensatio  
 sacramenti est] quod „ubi necessitas exigit et presbiter est absens, potest  
 dyaconus corpus Christi erogare infirmis si consecratum est”. Et hoc usus est  
 Christus quando in cena corpus suum et sanguinem ministravit discipulis et 15  
 quando [cf. Mc 14,38] eos dormientes ad orationem excitavit. Nos autem sumus  
 | [1Cor 10,11] „in quos fines seculorum devenerunt”, cum dies mali sunt<sup>109</sup> in  
 G 209va quibus [cf. Mt 24,12] „superhabundavit iniquitas” | cleri et [cf. Mt 24,12]  
 Ba 332r „refriguit caritas” populi, quod etiam in multis [cf. *Post. Lir. ad Dan.* 12,11]  
 „iuge<sup>110</sup> sacrificium ablatum est id est sacrificium altaris”, Lira Dan. XII, ita 20

miraculoi).

<sup>108</sup> Guilelmus de Monte Lauduno, *Sacramentale*, ms. Praha Archiv PH N XI f. 74ra.

<sup>109</sup> De eschatologismo vide adnot. ad ff. G 203rb, G 206rb supra; cf. *I comandamenti* (les comandements): „Mas oylas enaquisti temp derayrans en li qual habunda lenequita de la clergia e la carita de li pobles es refreida et quasi totas cosas son convertias per contrari” (Biblioteca Ginevra, ms. 208 f. 46v) [in traduzione italiana, *Fede ed etica valdese*, 184: Ahimè, in questi tempi che sono gli ultimi del mondo, abbonda l'iniquità del clero, ecc]. *Querite*, 80: „de temporibus novissimis, quoniam superhabundabit iniquitas et refrigescet caritas multorum”; *De iuramento* [ed. Sedlák], p. 92 („temporibus anti christi”); *Apologia*, 143, f. 181r: „istis novissimis temporibus periculosissimis”, *Sermo Nisi manducaveritis*, Dessau, f. 27r, et similia in aliis operibus, praecipue in *De Christi victoria et Antichristi casu* (passim). Cf. Matthias de Janov, adn. G f.203rb. De hominibus illius temporis „in quos devenement ?? fines seculorum”. vid. Ieronimus (C. 12 q. 2 c. 71; C. 32, q. 4, c. 6: *Quis ignoret...et tempori nostro in quos fines seculorum devenerunt*); *De libera Dei predicatione*, Arciv PH D 52 f. 227r; Iacobellus, *Quia heu in templis*, f. 7r; *Confessio Taboritarum*, 309-310. Vid. etiam *Speculum aureum*, 74: „in extremis iam malorum laborantes sumus positi, in quos cuncti errores huius seculi devenerunt”. Usi sunt omnes verbis Apostoli in I Cor 10,11 secundum sensum eschatologicum Ioachim Abbatis de Flore de sexta aetate mundi in qua vivimus: Abbas Ioachim, *Praefatio in Expositionem Apocalypsis*, ed. G.L.Potestà, Roma 1995, 30 („sexta ad novum pertinet testamentum. Nos enim sumus, ut ait apostolus, in quos fines seculorum devenerunt”); J. Wyclif, *Sermones*, I-IV, ed. J. Loserth, London 1887-1890, III, p. 367; Jan Želivský, *Dočovaná kázání*, ed. A. Molnár, Praha 1953, 226 (Sermo in Dominica tertia post Trinitatem: „Hec omnia in figura contingebant illis, scripta sunt autem ad

<sup>110</sup> correpcionem nostram, in quos fines seculorum devenerunt”); cf. Bibliotheca Universitatis Brno, ms. Mk 28, *Opus arduum valde*, f.194va: „nos autem sumus in quos fines seculorum devenerunt. Nec Antichristus iste regnavit ante Sathane solutionem quae facta est primo post mille annos ab Incarnacione. Ideo consequens oportet eum breve tempore manere”. Epistula ficta J. Hus a. 1402: *Venceslaus Rex Romanorum Domino Pape, Magistri Husi Korrespondence a Dokumenty*, ed. V. Novotný, Praha 1920, p. 4: „venientibus autem diebus novissimis in quos fines mundi”. De



- quod „sacerdotes<sup>111</sup> impigwati, incrassati, dilatati” beneficiis temporalibus et pompa huius seculi celebrare non optant, ita quod invenirentur multi etiam episcopatus, canonicatus et alia beneficia curata tenentes et occupantes, adhuc non in sacris existentes, qui secundum quod dicit Hugo de Sancto Victore<sup>112</sup>: *D 231r*
- 5 „legem nesciunt nec discunt sed vacantes ocio, comessacionibus et ebrietatibus student, terrena sapiunt, assidui in plateis, raro in ecclesiis, tardi ad investigandum culpam peccatorum, parati ad investigandum vestigia leporum, velociores sunt ad congregandum canes quam ad convocandum pauperes, cicius porrigunt panem canibus quam pauperibus, cicius extendunt manum ad taxillum quam
- 10 missam; hii sunt quorum thalamus ornacior quam ecclesia, mensa paracior quam altaria, ciphus pulcior calice, equus | carior missali, mappa pulchrior casula, camisia delicabilior quam alba, ymmo quod horrendum est dicere et nepharium, *G 209vb* phemoralia pulciora quam corporalia”. Hec ille. Et sic nec resident nec missant sed „assisios vocant ad residendum”. De cle<ricis> non re<residentibus> c.
- 15 penultimo [*Cum ad hoc sint*, X. 3. 4, 66]. id est<sup>113</sup> [*Gl. ad c. cit. ad v. assisios*] „illos qui non sunt canonici qui servire debent ecclesie, dicti assisii id est assidui”, Bernardus <glosator> ibi; vel „dicti ab assideo-assides, quia quidquid canonici faciunt, ipsi semper assident et deserviunt, nec vocantur ad communes tractatus cum canonicis. Unde dici possunt assisii quasi asini quia portant
- 20 pondus diei et estus scilicet in celebrando, in clamando, in choro, etc. De deci<mis, primitiis et oblationibus> c. I [X. 3, 30, 1]; vel dicuntur quasi assessini: | sicut illi se exponunt | morti, dominis obediendo etiam in | malo, *De homicidio Pro humani* li. VI [*Sextus* 5, 4, 1]. Sic faciunt isti ducendo mulierculas dominis suis canonicis, quod 'quam pestiferum' sit legitur in

Antichristo vid. etiam in adn. f. G 211va.

*Apologia*, f. 189ra: „Et in hac tribulacione, secundum Lyrum Daniel VIII, debet auferri iuge sacrificium et sacramentum altaris, quod tempore Antichristi cessabit, quantum ad solemnitatem, quia tunc misse non celebrabuntur publice sed tantum occulte propter rabiem istius persecucionis”.

<sup>111</sup> Cf. *Replica*, f. 49r; vid. supra adn. ff. G 206rb-va.

<sup>112</sup> Hugo de Sancto Victore, *De claustro anime*. lib. II (PL 176, 1085-1086); Io. Milicius, *Sermo Audite reges, Tres sermones synodales*, 120 (amplius); Hermannus Ryd de Reen, *Tractatus de vita et honestate clericorum*, p. 136; vide etiam *De proprio sacerdote et casibus*, ff. 83v-84r. De eadem cleri corruptione vide etiam Andreas de Broda, *Sermo synodalis in die Sancti Lucae a. D. 1403*, ed. J. Kadlec, *Studien und Texte*, p. 114-125.

<sup>113</sup> Iohannes Andreae, *In quinque Decretalium Libros Novella Commentaria, Venetiis 1581*, In Tercium., in tit. et caput cit. supra ad vocem „assisios”. (f. 20 A) [ex cap. 16: „Unde mandamus (...) absentes canonicos et assisios revoces ad residendum” etc.]. In glossa ord. legitur: „Assisios: vocat assisios beneficiatos qui non sunt canonici, qui servire debent ecclesie. Nec vocantur ad communes tractatus cum canonicis et dicuntur assisii quasi assidui: in multis ecclesiis sunt plures qui mansionari dicuntur”. Secundam partem *Novellae* ad hanc vocem invenies in *De purgatorio*, 74 ubi legitur: „ad circumstantes canonicos et ad assisios, scilicet qui solent canonicis adducere mulierculas, de quo vide in *Sermone facto ad clerum de materia sanguinis qui incipit Nisi manduaveritis* et ad alios *super Requiem* factos (ad) sacerdotes et beneficiatos et ad monachos (...) et ad ceteros similes”. *Corpus iuris canonici cum glossis*, Lugduni 1671. *Decretales Greg. cum glossis*: glossa Bernardi ad X 3, 4 De clericis non residentibus, 16 Cum ad hoc, ad vocem ‘assisios’: „vocat assisios beneficiatos qui non sunt canonici qui servire debent ecclesie”.

Autentica De lenonibus Coll. II [*Liber constitutionum sive authenticarum*, const. 14 *De lenonibus* (*Collectio* III, tit.I), & 1; III,107], ut illi corporum, isti vero animarum assisini vocantur, Hostiensis et Io. An. in c. | penultimo De cle<ricis> non re<sidentibus> [X. 3, 4, 16]. Et sic quasi | per totum mundum sunt tales  
*J 190v* asini et mercenarii non querentes nisi ut furentur et mactent, et ideo occisores  
*V 266v* dicti animarum ab Hostiensi et Io. An. supra. Quomodo ergo possunt populo  
*Cl 176r* fideliter ministrare sacramenta cum metipsis anima [*cf.* Nm 21,5] eorum nauseat  
*Ba 332 v* super isto cibo, eo quod dicunt manhu(?) quasi: quid est | hoc quod debemus  
*G210ra* esse cottidiani ratione officii sive beneficii? Sic continuant non propter Ihesum  
 tantum, sed sicut<sup>114</sup> „Effraym vitula docta diligere trituram” Ozee X [0s 10,11], 10  
 id est [*Post. Lir. ad cit.*] „similes vitule que conswevit triturare, id est excutere  
 granum in area ex conculcacione sua, sic enim teruntur messes in terra illa.  
 Vitulus autem talis diligit locum triture quia ibi comedere conswevit ad libitum  
*D 231v* suum, secundum illud Deut° XXV [Dt 25,4]: ‘Non ligabis os bovis triturantis’.  
 Et ideo non wlt exire de loco illo”. Lirensis ibi. Sic tales asini triturant in 15  
 celebrando, in cantando et aliis officiis insistendo, quia saturantur et manducant  
 cottidie splendide et [*cf.* Lc 7,25] „induuntur mollibus”, et tandem [*cf.* Mt 24,12]  
 „caritas in plebe tantum refriguit” ut vix semel in anno accedant, magis timore  
 constitutionis humane | et confusionis scilicet excommunicacionis quam amore  
 legis Dei Ihesu Christi; cum tamen dicit Augustinus ad Ianuarium li. I<sup>115</sup>: „Qui 20  
*G 210rb* non meretur cottidie accipere, non meretur post annum accipere, quia minus  
 aptus erit ex quo non asswevit sepe sumere; per diswetudinem enim homo et  
 abusum non confitetur nec vigilat in penitencia et sicut vitis que non circumfo-  
 ditur nec a superfluis presciditur, germinat in malis operibus et actibus mundi,  
 qui si sepe communicaret, utique paracior et dignior esset”. Et inde venit quod si 25  
 qui ipsum sacramentum frequentare volunt, tales inpugnant, quia est scandalo-  
 sum, quia non est conswetudo, sicut quidam inpugnant quod fidelibus sub |  
 utraque forma datur totum et perfectum nutrimentum. De quo dicit Augustinus  
 in *Enchiridion* quod<sup>116</sup>: „peccata quamvis magna et horrenda cum in conswetudi-  
 nem venerint aut parva aut nulla credantur, ita | plerumque contingit quod ea que 30  
 non sunt consweta sed insolita, licet sint bona | valde aut nulla vel eciam mala  
 reputentur ita quod homo suum iudicium sepe eciam in intellectu Scripturarum  
*V 267r* re|flectit secundum conswetudinem vel diswetudinem suam”. Hec ille. Sic<sup>117</sup>

<sup>114</sup> *Contra Gallum*, p. 174: „Effraym...induuntur mollibus”. Cf. *Postilla Lirae ad Oseam* utitur copiose „littera hebraica”; *De libera verbi dei predicatione*, ms- D 52, f. 227r.

*Cl 176v* <sup>115</sup> Augustinus, *Sermones de Scripturis* 84 (*Sermo de verbis Donini* 28), PL 39, 1909; Ambrosius, *De sacramentis*, l.5, c.4, PL 16, 452 ; per totum textum *Determinacio Augustini*: Matthias de Janov, *Regulae V. et N. Testamenti*, vol.II, 128-129; cf. *Contra Gallum*, 171; *Replica*, f. 51r; Jacobellus, *Pius Jesus*, 86-87.

<sup>116</sup> Augustinus, *Enchiridion*, PL 40, 270; cf. *Apologia*, 97, G 169ra; *De quadruplici missione*, 108; *Replica* f. 7r.

<sup>117</sup> „Sic videmus (...) Sic possum dicere de usura, de fornicacione, etc.”, cf. *Apologia*, 97, G 169ra., *De quadruplici missione*, 108-109; *Querite*, 38-39; *Processus consistorialis*, passim; *Puncta* (De simonia in beneficio, De simonia in ordine); canon 27 Patet (C. 1, q. 7), non raro una cum c. 21 Eos qui (C. 1, q. 1), saepe laudatur apud Nicolaum, v.g. *Puncta*, 89, 109; *Tabule*, 48; *De*

- videmus quod quamvis symoniaca heresis sit gravior quam Macedonia, ut I q. I *Ba 333r*  
 Eos. [C. 1 q. 1 c. 21], et inter omnes hereses primum obtinet locum I q. ultima  
 Patet [C.1 q. 7 c. 27], tamen<sup>118</sup> ab illis hereticis symoniacis pro nichilo reputatur, *G 210va*  
 ymmo omnem Scripturam illud vicium et peccatum improbantem glozant | et ad  
 5 suam cupidinosam trahunt consuetudinem | sic possum dicere de usura, de  
 fornicacione, etc. suo modo- sic in presenti Scripturam presentem [Io 6,54] „Nisi  
 manducaveritis carnem Filii hominis et biberitis eius sanguinem”. Quia transiit in *D 232r*  
 disuetudinem, multipliciter inpugnatur, ne populo detur calix, consecratus iam *J 191r*  
 per communionem spiritualem, non advertentes quod eadem ratio concludit  
 10 quoad corpus Christi et quod Christus hec verba dixit de communionem sacramen-  
 tali, spirituali tamen non exclusa; alii, quia presbiter in persona omnium sumit,  
 sic item diceretur de corpore Christi; alii, quia non est consuetum, est scandalo-  
 sum, non advertentes dictum Augustini, supra; alii, quia inmineret periculum  
 effusionis, non considerantes quod eciam Christus exceperisset vel expressisset de  
 15 illo | periculo, cum ipse sit omnisciens, cum tamen simpliciter dixit: „Nisi  
 manducaveritis”, etc.; nisi dicerent quod vellent esse sapienciores Christo, quod  
 est contra Crisostomum, supra. Unde dicit Augustinus XXIII q. V De  
 occidendis<sup>119</sup> [C. 23 q. 5 c.8]: „Absit ut ea que propter bonum ac licitum facimus *G 210vb*  
 aut habemus, si quid per hec preter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit,  
 20 nobis | imputetur, alioquin nec ferramenta domestica aut agrestia sunt habenda  
 ne quis ex eis vel se vel alterum interimat, nec arbores plantande ne quis ex eis  
 se inde suspendat, nec fenestra facienda ne per hanc se quisquam precipitet, aut  
 ideo non deberent christianorum boves habere cornua aut equus ungulas aut *V 267v*  
 dentes canes et quicquid plura commemorem quid est in usu hominum unde non  
 25 possit perniciem erogari”. Hec ille. Sic magnum est periculum habere ignem in  
 domo, fontem in curia, ymmo maximum periculum animarum clericis ut  
 possident temporalia, et tamen non resignant | quia delectat, dare autem  
 sacramenta | laboris est, ideo non curant; | scire enim debent quod propterea  
 sumus ministratores sacramentorum, ut XII q. I Videntes [C. 12 q.1 c.16], in  
 30 g(lo)<sup>120</sup> [*Gl. ad c. 16 cit. ad v. apostolorum, 973*] ubi dicitur quod „episcopus *Ba 333v*  
 tenet locum apostolorum quoad dignitatem, religiosi quoad renunciacionem  
 proprii, alii sacerdotes quoad ministracionem sacramentorum”. | Debemus ergo  
 ministrare cum discrecione et cautela ut evitare possimus cum adiutorio Dei  
 pericula et maxime debent nos movere verba Christi et factum eius. Unde dicit

*usuris*, II 207; *De quadruplici missione*, 108; *Querite*, 38; *Apologia*, ff. 169ra, f. 186rb; De proprio sacerdote, f. 85v; *Processus consistorialis*, 5. Cf. Stefanus Páleč, *Incipiunt Responiones ad obiectiones et picturas* [ v. g. Contra Tabulam V, *Tabule*, 48], in : K. Chyrtil, *Antikrist v naukách a uměn*, Praha 1918; Johannes Falkenberger, *De monarchia mundi*, ed. Seňko, 1975, p. 239-243.

<sup>118</sup> *Replica*, f. 46r: „Inoboedientia praecepto Domini de utraquismo saepe aequiparatur crimini- bus simoniae, usurae et fornicationis”.

<sup>119</sup> *Sermo-Dessau*, f. 28r; *Replica*, f. 12v; Iacobellus, *Pius Jesus*, 86-87. Responsum Andreae de Broda, *Tractatus de sumptione*, p. 204: „Respondeo quod iste canon loquitur de homicidio pre- tervoluntario” et contrarium responsum Incobelli, *Premissa positione*, 521. Cf. etiam mentionem in *Apologia*, 95, G168va.

<sup>120</sup> *Consuetudo*, 67; *Puncta*, 63-64.

*G 211ra* Ieronimus<sup>121</sup>: „Nobis cura <est> non quid unusquisque poterit aut velit, sed quid  
*Cl 177v* Scripture precipiant dicere”. Et si dicunt quod non sit preceptum quoad  
 sangwinem populo Christi dandum, dico eodem modo de corpore Christi, et  
 quidquid dicitur de uno, hoc et de reliquo quoad sumpcionem est intelligendum  
*D 232v* cum utrumque requiritur ad perfeccionem nutrimenti, ut superius dixi. Maxima 5  
 autem causarum quoad aliquos videtur ocium, quia videtur ipsis onerosum, cum  
 tamen [*cf.* Mt 11,30] „iugum Christi suave sit et onus eius leve”; quoad alios  
 autem, quia non est lucrativum sicut est officium misse, ideo non curant de  
 practica ipsius. Ve tamen illis qui retrahunt et impediunt | populum Cristi. Vobis  
 igitur veris | ministris dicitur Sap. IX [Pro 9,1], et sunt verba Augustini in 10  
 quodam sermone<sup>122</sup> qui incipit „Circulo consecrato”, | etc.: „Sapiencia edificavit  
 sibi domum et excidit columpnas septem”, [*cf.* Pro 9,2-3, 9-5] „paravit mensam  
 suam, misit servos suos convocans omnes et dicens: ‘Venite et edite de meis  
 panibus et bibite vinum quod miscui vobis’. Et istam mensam preparavit servis  
 et ancillis suis in conspectu eorum ut cottidie in similitudinem corporis et 15  
 sanguinis Christi panem et vinum secundum ordinem Melchisedech ostenderet,  
*J 191v* ostendendo nos cibaret in sacramento. Ideo dicit [Ps 22,5]: ‘Parasti in conspectu  
*G 211rb* | meo mensam adversus eos qui tribulant me’: qui sunt isti qui nos tribulant?  
*V 268r* suggestiones dyabolice et agitationes et cupiditates et delectaciones, seculi  
 honores: isti tribulant quia huiusmodi qui ita vivunt tribulaciones carnis habent, 20  
 sed veniunt ad mensam potentis considerantes ea que apponuntur eis. Accipe  
 cum tremore | et timore, et tribulaciones efficiuntur consolaciones, auferuntur  
 ea que sunt carnis, infunduntur ea que sunt spiritus, ex mensa preparata  
 proficiunt contra eos qui tribulant eos”. Hec ille. Et quia fieri debet in sui  
*A 230v* commemoracionem, | sed tempore persecucionis antichristi [*Post. Lir. ad Dn 9 in* 25  
*principio*] „maximum solacium est fidelibus | memoria passionis Christi,  
 Lirensis Dan. XI”, et [*Post. Lir. ad Ier 30,11b*] „Antichristus permittitur  
 a Domino tribulari fideles ut purgentur a peccatis que circa illa tempora  
*Ba 334r* habundabunt. Mt. XXIII”, Lira Ieremie XXX<sup>123</sup>, ideo | iam magis insistendum  
 esset huic mense. Unde super Mar. XIII<sup>o</sup> dicit Ieronimus<sup>124</sup>: „Christus calicem 30  
 impletum vino et aqua in sanguinem suum mutat. Unde mensa mundi debitis  
*G 211va*

<sup>121</sup> Ieronimus, *Epistula 48 seu Liber Apologeticus ad Pammachium pro libris contra Iovinianum*, PL 22, 506.

<sup>122</sup> Augustini Sermo *Circulo consecrato* non legitur inter sermones, PL 36-39, quem attamen invenies. in: Matthias de Janov, *Regulae V. er N. Testamenti*, lib. III, tract. 3 c. 25 (vol. II, 130), *Apologia*, 102, *G 171rb* (partim); *Replica* f. 29r (partim).

<sup>123</sup> *Postilla Lir. ad Ierem.* 30,11b: „Te autem non facim in consummationem, sed castigabo te in iudicio ut non videris tibi innoxius”; *Postilla*: „Circa primum posset fieri questio quare Dominus permittet fideles suos sic tribulari tempore antichristi et respondetur hic quid hoc: et ut purgentur a peccatis quae circa tempora illa habundabunt secundum quod dicitur Mt. XXIII 'Et quoniam habundabit iniquitas', etc.”

<sup>124</sup> Textum invenies cit. in: Matthias de lanov, *Regulae V. er N. Testamenti*, lib.III tract. 3 c. 27 *Deterrinatio beati Ieronimi* (vol.II,132): cf. O. Marin, *L'archevêque*, 595, ubi adnotatur: „Extraits de la correspondance de saint Jérôme, *Epistola 49 (Opera omnia*, éd. I. Hilberg, I/1, &15, 377-378), 91(I,2, &6, 6-7), 120 (&2, 480-481).

- obligat convivas, sed mensa Christi digne communicantes imparticipes et liberos a peccatis reddit". Ideo Iudas Machabeus „elegit sacerdotes sine macula voluntatem habentes in lege Domini" I Mach. IIII [1Mc 4, 42]. Sic<sup>125</sup> et pater eius Mathatias [1Mc 2,26-27] „zelatus est legem sicut fecit Phinees Sambri filio Salomii et exclamavit voce magna dicens: Omnis qui zelum habet legis statuens testamentum | exeat post me"; „et dixit magna voce: Et si omnes gentes regi Anthiocho obediunt ut discedant unusquisque a servitute patrum suorum et consenciant mandatis eius, ego et filii mei et fratres mei obediemus legi patrum nostrorum. Propicius sit nobis Dominus: non est utile nobis relinquere legem et iusticias Dei", ibi II [1Mc 2,19b-21]. | Sic „Eleazarus unus de prioribus scribarum", dum „conpellebatur porcina carnem manducare et dum hii qui astabant, iniqua miseracione moti propter antiquam viri amiciciam, tollentes eum, secreto rogabant afferri carnes quibus vesci ei licebat, ut simularetur manducasse sicut rex imperaverat de sacrificii carnibus, ut hoc facto a morte liberaretur (...)”, respondit: „etatem meam non est dignum fingere», «adole-scentibus autem exemplum forte relinquam si forti animo ac prompto pro gravissimis et sanctissimis legibus honesta morte perfungar". „Et iste quidem hoc modo vita decessit non solum iuvenibus sed universe genti | memoriam mortis sue exemplum virtutis et fortitudinis derelinquens". Secundi Machab. VI [2Mc 6, 18, 21-22, 24, 28, 31]. Et ibidem VII [cf. 2Mc 7,1-42] habetur quomodo mater cum septem filiis voluit potius trucidari, et ad hoc constanter hortabatur filios, quam contra legem carnes suillas manducare. O quam gloriose isti certaverunt pro lege patrum suorum que tamen erat tantum umbra et figura ut non comederent carnes porcinas | quod tamen non erat explicitum sed implicitum, quia mandatum erat eis ut non | comederent de animalibus nisi quod divideret ungulas et quod ruminaret; et quia sus licet | dividit ungulas, non tamen ruminat, ideo non comedebant. Nos autem legem nostram que est perfecte libertatis [cf. Jc 1,25], veritas et gracia, per Filium omnipotentis Dei data, non per Moysen, non per angelum sicut illa, quasi pro nichilo ducimus nec praticare curamus. Ipse utique dixit [Io 6,54]: „Nisi manducaveritis carnem Filli hominis | et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis". Et sic expressit de duplici actu sumpcionis huius sacramenti scilicet manducacionis et bibicionis, quamvis magis nobis placent ab isto deducencia scilicet statuta humana<sup>126</sup> et

<sup>125</sup> Cf. *Apologia*, 139, G 180ra (ubi narratur de Mathatia, Eleazaro et Matre Machabeorum).

<sup>126</sup> Cf. Matthias de Janov, *Regulae V. e t N. Testamenti*, lib. I tract. 2 c. 10 (vol. I, 76-77): „Insuper tunc videtur ablatum iuge sacrificium, cum ex *decretis multorum doctorurn et sacerdotum* et ex consensu episcopi et prelatorum solempniter et publice in *synodo* cleri et in congregacione plebium facta est *prohibicio*, quod puta plebei et layce persone de communitate christiana nullo modo debeant hortari ad frequentem communionem sacramenti vel cottidianam. Hec facta sunt et visa sunt notorie fieri in anno Domini MCCCLXXXVIII in mensi octobri in crastino sancti Luce ewangeliste". De qua synodo ordinario pragensi a. 1388 19 oct. habita nihil constat; cf. eltam Matthias, *Regulae.*, lib. III tract. 6 c. 62 (vol. IV, 282-283): „Et tunc iuge sacrificium, id est comunio cottidiana vel alias crebra corporis et sanguinis est ablata a populo plebeio christiano, tum per hoc quod habundante iniquitate et refrigerente caritate cessaverunt venire ad sacramentum altaris frequentandum (...) tum quia sacerdotes cessaverunt (...) oves autem sibi commissas pascere

pigricia nostra, quasi ipse Christus Ihesus nobis non esset satis authenticus. Sed heu! non sumus voluntarii in lege de qua tamen [Mt 5,18] „apex non preteribit”; et dictum est nobis [Mt 17,5]: „Ipsam audite”. Et rogo: nonne in magnam diswetudinem fuit deducta communio frequens sive cottidiana et adhuc apud multos propter pigriciam ipsorum est odibilis et scandaloza, quam tamen omnipotens  
*G 212rb* Deus nunc in cordibus suorum utriusque sexus inspirat et eciam per suos ministros | operatur? Et quam dire et multifaria sustinuerunt quidam pro eodem hic in loco, relinquo fore notum vobis qui eos novistis,<sup>127</sup> quorum unus erat magister Mathias bone memorie. Si ergo vult Deus iam illud sacramentum praticari eciam perfecte et de toto, non resistamus sed pareamus et incipiamus. Et<sup>128</sup> huic operi presens erit gracia almi Pneumatis et iuuet et faciat complere quod fiat utile in augmentum graciae suorum fidelium. Possit dubitari, an prelati, quia non est consuetudo | vel quia inde videtur oriri scandalum, sive timetur de scandalo, fidei populo sic recipere prohibentibus, scilicet sub utraque  
*Ba 335r* forma, sit obediendum. Ad quod potest dici quod inferiora<sup>129</sup> naturaliter imitantur superiora et in hoc consistit | perfeccio eorum. Primum autem verum exemplar imitacionis est Filius Dei, Ioh<annes> I [Io 1,3]: „Omnia per ipsum facta sunt”, propter quod omnium perfeccio consistit in imitatione huius exemplaris. Et quia non poterat a nobis videri in sua deitate, factus est homo ut nobis humanum preberet exemplar visibile. Et sicut deitatis eius exemplar imitantur primo angeli, et secundo cetera creature, sic exemplar humanitatis primo  
*D 234r* prelati ecclesie preponitur ad | imitandum | Ioh. XIII [Io 13,15]: | „Exemplum enim dedi vobis”, hoc enim dictum fuit Apostolis quorum successores sunt episcopi XXI di. In novo<sup>130</sup> [D. 21 c. 2], et patet supra, secundo, prelati Christi exemplo informati preponuntur fidelibus in exemplum propter quod dicit  
*G 212va* Apostolus 1 Cor. XI [1Cor 11,1]: „Imitatores mei estote sicut et ego Christi”, et I Ioh. II [cf. I Io 2,6]: „Qui dicit se in illo manere, | debet sicut et ipse ambulavit ambulare”. Et ex hoc patet quod subditi non tenentur prelati obedire in quantum deviant a Christo, quia „lex<sup>131</sup> superioris per inferiorem tolli non

contempnentes (...) tum quia tunc temporis *precepta et constitutiones fecerunt, publice in synodis et conciliis* suis eo proclamantes per que *prohibuerunt* ministris ne dispensarent (...) Christi sacramentum”.

<sup>127</sup> Hic refertur inter alios ad Matthiam de Janov [qui inferius nominatur], ad Matthaicum de Cracovia, ad Henricum de Bitterfeld; Matthias de Janov, *Regulae VI (Liber V De corpore Christi)*, 43 ; „Haec (...) didici a doctrina et experientia” doctorum et hominum devotorum (v.g. Milicius, Auctor Melogranati, Mathaeus de Cracovia et alii tantum per Mathiam noti).

<sup>128</sup> Alexander de Villa Dei, *Doctrinale puerorum*, Prologus ; ed. D. Reichling , Berlin 1893; rist. anast. New York 1974: „Presens huic operi (...) quod utile fiat”. Nicolaus libenter usus est hac grammatica ad eruditionem puerorum (*De purgatorio*, 73 ; *De quadruplici missione*, 110).

<sup>129</sup> Ad quod potest dici (...) huius exemplaris”:cf. *Apologia*, 155, G 184vb.

<sup>130</sup> c. 2: "Anacletus. (...) in locum eorum (apostolorum) surrexerunt episcopi”.

<sup>131</sup> Cf. *Apologia*, 156, G 185ra. „quia lex superioris per inferiorem tolli non potest, ut de elec. **Ne Romani, in Clem.**, cum nec habeat imperium par in parem, ut Extra De elec. Innotuit (X. 1, 6 *De electione et electi protestate*, 20 *Innotuit* [...quum non habeat imperium par in parem ...col. 62 *post medietatem*]), unde Propheta ait (Is 10,15): ‘Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secatur in ea? aut exaltabitur serra contra eum que trahit eam?’; hiis ita ex divina Scriptura conmemo-

- potest”, De ele<ctione> Ne Rom.<ani. De electione et electi potestate>, in Cle<mentiuis> [*Clem.* 1, 3, 2], et de illo sunt multi canones de quibus nimis *J 192v* prolixum esset dicere. Prohibentes ergo fideli anime sacramentum, ut premissum est, procul dubio faciunt contra Christum et eius saluberrimam doctrinam, ut
- 5 multis testimoniis preostensum est. Ipse enim dixit (*I. 6,54*): „Nisi manduca-  
veritis carnem Filii hominis”. Ipsi<sup>132</sup> namque prelati non habent precipere prout  
et quando eis placet, cum non sunt domini subditorum sed eorum ministri, ut  
patet per Liram<sup>133</sup> I Cor. III<sup>o</sup> [*Post. Lir. ad* 1 Cor 3,22] super verbo „Omnia vestra  
sunt”, et Coll. I [Col 1,23b] „Cuius factus sum ego minister”, sed semper parati
- 10 debent esse ut oves lassas ex defectu huius nutrimenti refocillent. Relinquitur |  
ergo<sup>134</sup> quod contra eorum inibicionem sine trepidacione possunt accipere  
secundum quod superior Christus instituit, et „quando<sup>135</sup> proprius sacerdos non  
wlt dare, potest ab alio recipi” secundum Bart. Brix. De pe. di. VI Placuit [*De*  
*poen.* D. 6 c. 3]. Et dicitur De prescrip<tionibus> Veniens. Secundo [X. 2, 26,
- 15 19]: „Crisma vero et oleum sanctum, ordinaciones clericorum, etc. ab episcopo *G 212vb*  
postulabunt, si ea gratis, sine pravitate aliqua voluerit exhibere, alioquin ab alio |  
quo maluerint catholico preside suscipiendi ea habeant liberam facultatem”.  
Dicit glo. [*Gl. ad c. 19 cit.*]: „idem de iure <communi> quod ab alio potest  
petere, et si illa clausula non esset opposita, quia propter maliciam sive desidiam
- 20 iudicis <delegati> devolvitur potestas ad eum qui <in causa illa> iudex non est”.  
Alle. De off<icio iudicis> ordi<narii> Significavit. [X. 1, 31, 6], | De fo<ro> *Ba 335v*  
con<petenti> Ex transmissa [X 2, 2, 6] et c. Ex tenore [X 2, 2, 11]. „Quod autem  
dicitur quod (...) nemo alterius parochianum iudicare presumat”, non est contra,  
quia „aliud est favore vel odio proprium sacerdotem contemnere, quod sacris
- 25 canonibus prohibetur, aliud cecum vitare [*cf.* Mt. 15,14; Lc 6,39], | quod hac *V 270r*  
auctoritate quisque facere monetur, ne<sup>136</sup> si cecus ceco ducatum prebeat, ambo in  
foveam cadant”. De pe. Di. VI Quod autem. [*De poen.* D. 6 post c.2]. Tantum de  
primo, scilicet huius sacramenti | *G 213ra* digna necessitate.

- 30 Dixi quod secundo tangitur in verbis tematis conse|quens inde negligentibus  
dampnositas. Abstiniens se enim omnino, procul dubio remoto, non habet in se  
vitam spiritualem secundum testimonium Salvatoris [Io 6,54]: „Nisi

rantis sole clarius probabimus non posse quemquam qui minoris auctoritatis est eum (*G 185rb*)  
qui maioris potestatis et auctoritatis est iudiciis suis adicere aut propriis diffinicionibus subiugare;  
hec XXI di. Inferior (Di. 21, c. 4 ubi citatur Is 10,15), Cum ergo Christo data sit omnis potestas in  
celo et in terra, quis auderet eum subiugare propriis suis diffinicionibus, legem suam ewangelicam  
ad libitum ipsius limitando, nisi esset (2 Th 2, 3-4) *filius perdicionis qui extollitur super omne id*  
*quod dicitur Deus*; ille enim putabit posse inmutare tempora et leges ut supra”.

<sup>132</sup> *Apologia*, 156, *G 185ra*: „Ipsi namque prelati ... factus sum minister”.

<sup>133</sup> Lira ad I Cor. 3.2<sup>o</sup>.2: „Omnes sunt ministri ecclesie

<sup>134</sup> *Apologia*, 156, *G 185 ra*: „Relinquitur ergo (...) Christus instituit”.

<sup>135</sup> Canon 3: „Urbanus. [...l cuiilibet sacerdoti commissum, nisi pro eius ignorancia alter sacer-  
dos ad penitenciam non suscipiat” (cf. Henricus Bitterfeld, *Determinatio de audientia confessio-  
num*, 106, lin. 539).

<sup>136</sup> Cf. *Querite*, 42.

- D 234v* manducaveritis, etc., non habebitis vitam in vobis”. Cui simile dicit Iohannes III [Io 3,5]: „Nisi<sup>137</sup> quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu Sancto, non potest intire in regnum Dei”. Adventus enim Salvatoris in carnem fuit in salvacionem peccatorum. Nam et Dei sapiencia in ultima cena in institucione huius salutiferi sacramenti sic dicebat [1Cor 11,24-25; Mt 26,28]: „Hoc est corpus meum quod pro 5
- Cl 179r* vobis tradetur; et hic est calix qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum”. Sed semper peccamus, Proverbiorum XXIII [Pro 24,16]: „Sepcies in die cadit iustus”, ergo semper debeo accipere medicinam sanguinis. Consequencia est: Ambrosius De con. di. II [*De con.* D. 2 c. 14] „Si quocienscumque effunditur sanguis Christi, in remissionem peccatorum effunditur: debeo merito semper accipere. Qui semper pecco, debeo semper accipere medicinam sanguinis”. Hec de quo<sup>138</sup> eciam supra. In institucione enim | huius | sacramenti Dominus precepit expresse manducandum et bibendum suum corpus et sanguinem dicens [Mt 26,261, et 27b]: „Accipite et comedite”; et post: „Bibite ex hoc omnes”, per hoc evidenter innuens quod ab omnibus | communiter non tantum sacerdotibus. Et 10
- pro tanto apponitur [Lc 22,17]: „Accipite et dividite inter vos”. Et ad idem Marci XIII [Mc 14,23b] dicitur: „Et biberunt ex eo omnes”. Hec „determinacio<sup>139</sup> legislatoris ewangelici ac patrisfamilias”; et si nolumus stare determinacioni ipsius, non erimus | discipuli eius. Et mirum videtur quis audeat contra 15
- J 193r* ipsum statuere et de lege sua auferre, cum tamen dicat Iohannes in Apokalipsi 20
- G 213rb* [Ap 22,18b-19]: „Si quis<sup>140</sup> apposuerit | ad hec, apponet Deus super illum plagas scriptas que sunt in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophecie huius, auferet Deus partem eius de libro vite et de civitate sancta”, concor. supra 25
- Ba 336r* Crisostomus<sup>141</sup>. Ideo I Thymo I [1Tm 1,3-7] Paulus denunciavit „quibusdam ne aliter docerent, neque intenderent fabulis, et genealogiis interminatis: que 25
- V 270v* que|stiones prestant magis quam edificacionem Dei, que est in fide. Finis autem precepti caritas de corde puro, et consciencia bona, et fide non ficta. A quibus quidam | aberrantes, conversi sunt<sup>142</sup> in vaniloquium, volentes esse legis
- G 213va* doctores, non intelligentes neque que loc<u>untur, neque de quibus affirmant”. Hec ille, de quo eciam supra. Ideo dicunt Io. An., Hostiensis Qui fi<li> sunt 30
- le<gitimi> Per venerabilem. | super § Paulus<sup>143</sup> [*recte: Novo testamentoi*; X. 4,

<sup>137</sup> *Apologia* (tres Nisi) , 148, ff. 182vb-183ra.

*D 235r* <sup>138</sup> Cf. supra G 204 rb: „Ambrosius: „Semper pecco, debeo semper accipere medicinam sanguinis”; cf. Jacobellus, *Sermo In Festo Corporis Christi* (*Puncta*, 195): „Quanto christianus maiores habet in se defectus, tanto magis indiget hac medicina sanguinis.

<sup>139</sup> Et postea: „Bibite ex hoc omnes (...) Hec determinacio legislatoris ac patrisfamilias” (Matthias de Janov, *Regulae V. et N. Testamenti*, lib.III tract. 3 C. 31 (vol. II, pp. 136-137).

<sup>140</sup> *Puncta*, 131; *Apologia*, 124, G 176ra; *De excellentia Sacrae Scripturae in ordine ad alias scientias*, NK X D 10, 197vb.

<sup>141</sup> Vide supra G 206ra.

<sup>142</sup> *De quadruplici missione*, 105: „conversi in vaniloquium...non intelligentes”.

<sup>143</sup> Cap. 13: „causam tam ex Veteri quam ex Novo Testamento trahentes (...) sicut in Deuteronomio (*Dt* 17,8) continetur; ‘Si difficile et ambiguum apud te iudicium perspexeris (...), surge et ascende ad locum quem elegerit Dominus Deus tuus (...) Sane, quem Deuteronomium lex secunda interpretetur, ex vi vocabuli comprobatur in hoc, ut quod ibi decernitur in Novo Testamento de-



- 17, 13; *Novella ad & cit.*]: „Non recurramus ad fabulas, exempla vel me<n>dicata suffragia nec ad ius positum quod ponitur et deponitur, in quo est A 231 sepe pro ratione voluntas; sed ad ius divinum et inpermutabile”. Hec ibi. Ideo dixit [Mc 13,31; Lc 21,33; cf: Mt 24,35]: „Verba autem mea non transibunt”.
- 5 Exaudiamus ergo eum quia et „ipse exauditus est a Deo Patre pro reverencia CI 179v sua, preces offerens supplicationesque cum clamore et lacrimis”. Heb V [cf: Heb 5,7] [Heb 9,12-14] qui non “per sanguinem hircorum, et vitulorum, sed per proprium sanguinem introivit semel in Sancta, eterna redemptione inventa. Si enim sanguis hircorum, et thaurorum, et cinis vitule aspersus inquinatos sanctifi-
- 10 cat ad emundacionem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum Sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundavit | conscienciam nostram ab operibus mortuis ad serviendum Deo viventi?” et | [Heb 9,22] „omnia pene in sanguine mundavit secundum legem et sine sanguine effusionis non fit remissio”; Heb IX [Heb 10,19-21] „Habentes itaque fratres fiduciam | in
- 15 introitum sanctorum in sanguine Christi, quia iniciavit <nobis viam novam>, et viventem per velamen et carnem suam, et sacerdotem magnum super donum Ba 336v Dei”; [Heb 9,15]; „et ideo Novi Testamenti mediator est” ad quem [Heb 10,22- G 213vb 23] “accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, aspersi corda a consciencia mala, et abluti corpus aqua mundi; teneamus fidei nostre confessionem indecli-
- 20 nabilem”, ibi et X, ut et ipse confiteatur nos coram Patre suo et angelis Dei in vitam eternam. Amen.

---

beat observari. Locus enim quem elegit Dominus Apostolica Sedes esse cognoscitur (...) Quum enim Petrus urbem fugiens exivisset, volens eum Dominus ad locum quem elegerat revocare, interrogatus ab eo: ‘Domine quo vadis?’ respondit: ‘venio Romam iterum crucifigi’, quod intelligens pro se dictum, ad locum ipsum protinus est reversus”: Io. And., *Novella*, ad c. cit. ad verba cit. „Si difficile (...) *Novo*: non recurrimus ad fabulas, exempla, vel mendicata suffragia, nec ad ius positum quod ponitur et deponitur et in quo est *pro ratione voluntas*, sed ad ius divinum et inpermutabile, secundum Hostiensem”, f. 59ra in med.; *Apologia*, 98, G 169rb; *Sermo*-Dessau, f. 28r; *Processus consistorialis*, 17; *Replica*, f. 23v-24r; Iacobellus, *Pius Iesus*, 85-86, *Premissa positione*, 502-503; („*pro ratione voluntas*”) *Tabule*, 43; *Consuetudo*, 68: („mendicata suffragia”) Matthaeus de Cracovia, *Dialogus rationis et conscientiae de crebra communione*, 393; I. Wyclif, *De Ecclesia*, 575: „ergo nec modo subest ratio quoad Deum, nec potest fundari ratio huius variationis nec (papa) est vicarius Petri istius potestatis ut generaliter sit dignus dicere: *Sic volo. sic iubeo, sic pro ratione voluntas* [Juvenal. Sat. VI, 223]”.

## Note collationis Sermo ad clerum de materia sanguinis Nisi manducaveritis

Apparatus [numeratio sequitur editionem Sermonis in *Mediaevalia Philosophica Polonorum 33-1996*]

2 eius sanguinem] sangwinem eius *D* 10 sue dileccionis] dileccionis *Cl* 12 conmonicionem] comunicacionem *Ba* iudicavit] indicavit *B*  
15 derelinquit] dereliquit *Cl* et] ut *G, V, Ba, Cl, D, A* id] illud *V, D, A* 17 agni immaculati] *om. D* 18 reliquit] relinquit *Ba* 21 retrahimur]  
retrahantur *A* 24 non] *om. D* obtinemus] optinemus *Cl* 27 usque] *om. Cl* 33 maxime] et maxime *Ba, V, D* 35 eius] *om. D* quod] quin

*V* 36 diceret] dixit *G* 39 Dicentes « Durus est hoc sermo, quis eum potest audire ? ] *om. J, G, D* 40 quia] quod *A* 41 mei] *om. V, D* ac] et *Ba* 42 dilectissimi] *om. J* ascribatur] ne ascribatur *D* in factis] factis *V, D* 43 paratus] *om. G* quomodo] *quo V* possum] primum *J* possumus *Cl* 44  
ve1 Deo] *om. G* 49 sapiant] sapiam *J* 50 contra] *om. D* divine] dominice *G* seu] sive *V, D* 51 protestans] protestatus *D* 52 adhuc] ad hoc *G*  
52 ignoranciam] per ignoranciam *Ba* 53 deviare] deviarer *Cl* 54 aliquialiter recedere] recedere aliquialiter *D* 55 di.] q. *G* 57 est] *om. J* 63 In  
presenti ergo] Ergo in presenti *V* contingit] contigit *D* 65 amplecti opinionem] opinionem amplecti *V* 67 De cele(brate) De celo *V, D* 72  
tantum] tamen *gl. ipsorum* ipsarum *G* remanent] remanent *V* 73 color] calor *J, G* hec] hoc *gl. 77* idem sacrdos ipse est sacrificium] ipse  
idem sacerdos est sacrificium *Decr* 79 continentur] continentur *Cl, A*

87 in] eciam *V, D* Ioh(hannes)] Iohannis *D* Clericos] Clericus *J, G* 89 et] *om. Cl* XXXVII ] 3a *V, D* 90 ubi] *om. Ba* 95 affluenter] effluenter *J, Cl, A*  
I°] *om. A* I q.] et I q. *G* 96 iubet] facit *Cl* 97 Iohel] Ezechielem *J* ] Johelis *D* 98 non] vel *D* predictum] *om. A* 99 presens dedit] dedit presene  
*Ba* 101 consumare] consumere *G* 102 ve(tere) iu(re)] veteris iuris *G* 103 lege prima ] li°. I° *J* li. I. *G* 106 ipsique] ipsi quoque *V, D* 107 Ihesus  
Christus] Ihesus *G* assitque] assintque *G, V, Ba, Cl, A* 109 Ave Maria, gracia plena, Dominus tecum] Ave Maria *V, D* Ave gracia plena *G, Ba, Cl, A*  
112 introivit] intravit *V* 114 et sic] nec *D* 117 sui] sue *V, D* 119 prothoplasti] prothoplausti *A* 120 morte] *om. G* 122 mei] nostri *G, V, Ba, Cl, A*  
123 eius sanguinem] sangwinem eius *D* 124 vitam] *om. Ba* 126 Primo] Prima *V, D* 130 de Lira] Liram *V, D* 134] IIII°] *om. A*

137 et] *om. D* 141 restaurentur] restaurantur *G, Cl, A* 144 huiusmodi] huius *V, D* 147 incorporentur] incorporantur *G, Cl, A* Astensis] Ostiensis *V* ]  
Hostiensis *D* 150-152 cum sacramentali...spiritualis] *om. D* 154 est per se] per se est *V, D* 159 quoniam] quam *D* 160 id] *om. J* illud *V, D* 163  
dentem et] *om. D* 165 sacramentis] sacramento *Decret.* 166 Bar. Brix.] Brix. et Uix (?) *J* 168 instante] *om. A* accipit] accipitur *V, D* 171 est] *om. G, V, Ba, Cl, A*  
175 in sanguinem] et sangwinem *V* conversiones] conversaciones *A* sunt] sint *V* 176 fuit] *om. V, D* 178 quod] ut *V, D* 179 illud] ipsum *G, V, Ba, Cl, A*  
183 communicatur] communicantur *G, V, Ba, Cl, D, A* 185 X] XI *J* 189-190 sed ...in se nutritum] *om. V* 190 nutritum] nutrimentum *V, A*

137 et] *om. D* 141 restaurentur] restaurantur *G, Cl, A* 144 huiusmodi] huius *V, D* 147 incorporentur] incorporantur *G, Cl, A* Astensis] Ostiensis *V* ]  
Hostiensis *D* 150-152 cum sacramentali...spiritualis] *om. D* 154 est per se] per se est *V, D* 159 quoniam] quam *D* 160 id] *om. J* illud *V, D* 163  
dentem et] *om. D* 165 sacramentis] sacramento *Decret.* 166 Bar. Brix.] Brix. et Uix (?) *J* 168 instante] *om. A* accipit] accipitur *V, D* 171 est] *om. G, V, Ba, Cl, A*  
175 in sanguinem] et sangwinem *V* conversiones] conversaciones *A* sunt] sint *V* 176 fuit] *om. V, D* 178 quod] ut *V, D* 179 illud] ipsum *G, V, Ba, Cl, A*  
183 communicatur] communicantur *G, V, Ba, Cl, D, A* 185 X] XI *J* 189-190 sed ...in se nutritum] *om. V* 190 nutritum] nutrimentum *V, A*

236 ab omnibus] ab hominibus *Ba* a] *om. V* 237 a] *om. G, Cl, , Ba, V, D, A* plebibus] plebeis *Matthias* 246 Summa] Suma *J* 249 conficiant]  
conficiunt *D* vel] an *Ba* 253 ewangelii] *om. J* posset] potest *V, D* 258 laborare] laborem *A* 259 forsan] *om. G* 261 illud] id *V, D* 263  
fervoris] sermonis *V* 271 meas] *om. V* a me] *om. V, D* 273 eius] *om. A* 274 esset tantum dictum] tantum dictum esset *D* ex eo] ex hoc *V, D* 275  
vos] vos. Etc. *V.*

277 Danielis XII] Daniel VI *J* 280 calicem] calice *V, D* purgaremur] purgarentur *D* 280-281 redimeremur]redimeretur *D* 283 sit] *om. A* 286  
dicit] *om. V* 288 quoque] quippe *G* 289 nam] namque *V, D, Gregorius* iam *G* 291 enim] *om. V* 293 quoque cum] quoque *G* 294 illius] eius *A*  
295 Unde] Ut *A* 296 et ponitur] *om. V* 297 ora] ore *V, D* funditur] fuditur *J* 298 sanguinis] sanguinis de sanguine *V* 301 vinculum] et vinculum *D*  
304 accedamus] accedimus *Ba, V, D* 307 in] *om. G* XXVIII°] 27 *V, D, Decr. in aliquibus cod.* 'Iam securi] habet : 'Securi *J* 308 sanguinem] *om. D*  
313 panis] *om. G* 314-315 duplex] simplex *A* 315 in solam enim carnem] in sola enim came *A* 316 eius] enim *V* in c. Quid] in capitulo Quid *J*  
327 spiritualis] spiritualis est *J* 328 et] *om. V* est] est est *J* 332 tradit] tradidit *V* 333 sanguis] sanguinis *D, A* 334 caro] *om. G* 335 sic Moyses]  
sicut Moyses *J* 343-344 obfirmabo] observabo *A* 344 eam] eum *Ba* 345 ut super] et super *V* meum] in eo *Vulg.* 345 expietis] expietis *m. sin.*  
id est offeretis pro animabus *G* 351 XIX] XXIX *G* 354-355 comedas] comedes *G* 356 funde] fundes *Vulg.* 360 reprobar] approbatur *D*  
361 eucaristiam] hostiam vek eukaristiam *D* 363-364 commendacio ...calicis] *om. V, D* 364 eciam expressum] expressum eciam *J, G, D* ad vocem  
vel *m. sin. gl.* vel id est non mixto cum aqua glossa ibi *G. .* 366 post consecracionem] *om. J, Cl, A, gl.* post consecracionem vel id est non mixto  
cum aqua *D*] *m. sin.* post consecracionem vel id est non mixto cum aqua *J* 367 ad vocem de expresso *m. sin. gl.* post consecracionem vel id est non  
mixto cum aqua *J, Cl* de expresso] expresso *G, D, A* populus] populis *G* 368 botrus necesse] necesse botrus *D* 369 Didicimus dicitur ] *om. D*  
370 coniungunt] coniungant *Decr.* 371 altario... simul utraque] alterio... seme1 etiaque(!) *V* 371 simul] semel *D* 372 hec] hoc *G* 374 largitori]  
*om. Decr.* 376 oblacio] ulla oblacio *Decr* hac] ac *D* 377 sumenda] servienda *G* 378 extolli] excoli *G, Cl, Ba, V, D* 383 eternam] in vobis eternam *V, D*  
*D* id est] *om. V.*

385 ea] *om. V* 390 manducaturi] manducabitis *V* 394 Christi] Domini *G* 396 vel grossicie et reputatione] et...vel...*G*] vel grossicie et  
representacione *Cl, Ba, D, A, Contra Gallum*] vel grossicie vel representacione *Replica, gl.* manducabitis] manducaturi *G* 397 dicitur per eundem]  
dicitur *G* 397-398 e. di. c. sequenti] e. di. c. *G* 398 Ipsum] Seipsum *G, Ba, D* 399 ipsum invisibiliter] Invisibiliter *V, D* 401 Christi verba] verba  
Christi *J* 402 Ieronimus et ] et *om. V* 404 Christi] *om. Cl* 409 vitam ] vitam eternam *J* 412 illo] eo *V, D* 414 Corinthiis] Chorinthiis *Cl, D* ]  
Corintheis *J, A* 416 sic] sic dicit *V, D* 418 calicem] calicem Domini *V* Probet] Probat *Cl* 420 et bibit] et bibit indigne *G* 422 idem dicit] idem *G*  
426 que dicitur] que esca dicitur *J* 430 subditur] sequitur *J, V* 432 Christus] Ihesus *Ba* 436 Hec ille] *om. G* et Lira] ad Lyr. *J* 440 notissimum]  
novissimum *Ba* obmittamus] abmittamus *Cl* 442-443 super terram] super terram erit ligatum *G*  
445 XXIII] XVIII *A* 450 in lege] in lege Dei *G* 452 detrahas] detrahes *J* autem hoc] autem *G, D* est ausus] ausus est *G* 453 facere] hoc  
facere *V, D* falsus esse] esse falsus *J, D, Replica, Pseudo-Crisostomus* 457 potestatem] potestate *Ba, V, D* subduxit] subtraxit *A* 458 separet]  
separat *Cl, Ba* 458-459 Item addidit...fuerat iussum] *om. J* 460 etc. ] *om. J, D, A* 462 intra] infra *A, Goffredus, Replica* 463 intra] inter *D* <ut>]  
*Goffredus, om. codd.*] et *Replica* 463 laborintus] labirintum *Goffredus* 463-464 <ut> piscis...undique] *om. J.* provolutus] provolutans *G*] involutus  
*Replica* 464 fuerat] *om. D* 466 in] III li. in *Cl* in libro *Ba* De] *om. Ba* 467 psalmista] psalmus *G, A* 472 venturis] *om. V, D* 473 debent]  
debeant *V* variati] et variati *V*

476 Deut.°] Deuter. *J*] *om. G* XXXII] *om. V, D* 481 sed] *om. V* 482 etc.] *om. Ba* 483 beatus] *om. V, D* dire] dure *V, D* 484 humane] humane  
creature *V* 486 psalmista] psalmus *G, V, A* Domine] Donini *Cl* 489 subterfugia] supterfugia *J* fidem] quedam *J* 490 nolle] velle *V, D*  
*D* explicari] explicare *V* 492-493 si omnes mortui ... cum sciencia et] *om. V* 493 oculis] populis *J* 494 bona] boni *J* 496 qui vere] que  
vere *J* 497 Ideo] Et *Cl* qui docuit] que docuit *J* 501 accipitis] accepistis *G, A, Vulg. varia-lectio..* Venerit] veniret *V, D* 502 recipitis] accipitis  
*Vulg* 503 etc.] *om. V, D* 504 etc.] *om. V* 507 iuxta] *om. G* generi] genere *D* 508 Et] *om. Ba* 511 in duabus] et in duabus *V*] ex duabus *A*  
manifestus] manifestans *J*] manifestus *Decret.-lectio varia*

515 bene] *om. G III] II G 521 Dominum] legem G ] Deum V, D 523 detrahebant] retrahebant Vulg. Clem sacrificio] a sacrificio G, Vulg. Clem. 525 et cesa ...quattuor milia] *om. G 527 hostium] officium G. 528 et] *om. J cervicibus] cerviciis Cl 529 Psalmista] psalmis Cl, A] *om. G Ibi III] Extra De symonia. Licet Hely (X. 5, 3, 31; Fr. II. 760) add in marg. Cl. cf. Extra De symonia. Licet Heli G add. in marg. apud lin. de Hely audivisset Hely cecidit de sella 533 in me] *om. G 535 hec] hoc J 537 etc.] et sanguis meus etc. G 541 a] *om. J 544 hominis] hominis etc. J et biberitis eius sanguinem] *om. V, D ] non habebitis vitam in vobis A] sanguinem *om. Ba etc. ] *om. G, A 545 activum scandalum] scandalum activum G, Ba, V potest] habet J 551 si] sic A et] vel A fuit scandalum] scandalum fuit V, D 556 sua malicia sua] malicia sua G 557 quod] *om. J 558 sub utraque forma] specie vel forma D 559 Christi] *om. V 564 cecorum] eorum D eciam] *om. J 568 dum] cum N. T. Nestle venero] video D 569-570 in fide] fidei N.T. Nestle 570 deterreamini] terreamini N.T. Nestle 572 illo] illius J est] *om. V 576 relinquatur] derelinquatur A ibi] *om. G 577 de via] a via V, D 580 capti] captivi V fuerint] fuerunt D, A furto] forto A 582 tales] et tales A 584 quondam] quidam V 585 hinc] huic G eorum] eos G 586 scilicet] sicut G 588 rebus] *om. G. 590 XI] 12 D 591 ius] ius scriptum G quod] *om. V, D 594 excludit] excludunt G 601 in quibus] de quibus Decr. 603 Augustinus] ut supra Augustinus Ba In hiis] *om. Cl In hiis ... XII di.] *om. V 605 corpori et sangwini] corpori et sangwinis V, D 610 doctores] et doctores V, D 613 alligatam] allegatam A 616 fur] *om. V 617 Inficiendo] Inficiendo V 618 Filii] Fily J 619 Corinthios] Corinthios J, A de hoc] *om. V, D 622 sumpcionem] sumcionem J 623 Probet autem] Probat ac J] Probat Cl, Ba 624 etc.] *om. V, D 626 baptisimi] baptismum G 627 per devocionem] et per devocionem D 628 super illo] super illud V 630 communicabant] comunicabat V 632 Idem] Item A super illo] super illo verbo V, D de calice] de *om. A 633 Fit] Sic V 635 sanguinis] *om. D 636 idem ibidem] idem V] ibidem D 638 precedit V, D 640 coniungitur genito] coniungit D] coniungit genito V 641 cibus coniungitur] cibus convincatur V nutrito] *om. G 643 alimentum est] est alimentum G 646 sangwis fuit separatus] fuit sangwis separatus G sanguis separatus fuit A ] fuit *om. Ba 649 tum] tamen A per utrumque] pro utroque J 650 tum] tamen A 656 levite a Levi] *om. V, D quibus] a quibus Decr. 656 mistici sacramenti em sec. Decr.] mistica sacramenta *codd.. misteria] ministeria Cl, Decr. 657 dyacones] diaconi Decr. 658 in diacono ministerii] in dyacone ministri A Cleros] Clerus G] Clericos A 661 administracio] et ministracio J demonstracio V 664 ubi] ibi D 666 cena] cena Domini G 668 in quibus] cum quibus J 670 eciam] *om. V iuge] iugis Cl 671 ablatum est] est ablatum G 672 impigwati] impingwati D, A 672 pompa] in pompa A 673 eciam] *om. V, D 674 adhuc] ad hoc G, V 681 equus] equus J 682 delicabilior De proprio sacerdote et casibus ] delectabilior G] delicacior D, Hugo 683 horrendum] horrendus V 684 Hec ille] *om. V 687 debent] dicunt A 688 quia] quod A 691 in clamando] et clamando V 692 se exponunt] exponunt se D 693 obediendo] *om. V 694 mulierculas] *om. G 695 canonici] scilicet canonicis V Authentica] Authentica J 698 Hostiensis] hostem J et] ut J ab Hostiensis] ab Hoste. J 705 Effraym] Effrayn J Effragin Cl 706 conswevit] swevit Cl 708 709 tritulantis] *add. cum Lir, cf. Contra Gallum ,174 711 in cantando] et cantando V 713 ut] quod Cl 715 Dei] *om. G 716 post annum accipere] accipere *om. A erit] est V ] erat D 717 asswevit] conswevit V, D 720 inde venit] invenit A qui] *om. A 721-722 quia est ...quidam impugnant] *om.. V, D 723 nutrimentum] nutrimentum porrigitur D Enchiridion] Encheridion J, Cl] Enchirion V, D 725 esse] *om. J, G, V credantur] creduntur A, Replica, Augustinus 726 vel] aliter D reputentur] reputantur G, Apologia 727 in intellectu] intellectum A 728 videmus] vidimus Cl quod] *om. A 730 obtinet] optinet Cl, A locum] bonum trahunt consuetudinem] conswetudinem trahunt D de fornicacione] et de fornicacione D Scripturam presentem] Scriptura presente V 735 biberitis eius sanguinem] sanguinem eius biberitis A transiit] transit J 736-737 per communionem spirituaalem] per communionem consecratus spirituaalem D 739 diceretur] dicetur G 741 immineret] non mirent J 743 manducaveritis] manducaveritis carnem Ba etc. ] *om. A De occidendis] De accidendis A 748 ferramenta] ferrementa A agrestia] agrestica A 748-749 vel se vel] aut se aut A 749 inde] *om. D 750 quisquam] *om. V 751 equus] equus J plura] lura J 752 conmemorem] conmemorer G pernicies] pernicies A irrogari] errogari J, Cl 755 delectat] dilectat Ba possimus] possumus G 763 poterit] petit G ] possit Ieron. 766 de] *om. Ba requiritur] requeritur J 767 autem] autem et J 769 sit] est D ] leve »] leve » Mt XI V, D 770 ipsius] eiusipsius D 771 Christi] Cristi J veris] viris V 773 etc. ] *om. Cl 776 preparavit] paravit Cl, A, Replica 778 ostenderet] ostendit G 779-780 adversus eos qui tribulant me] etc. J, Cl, Ba, V, D, A 780 dyabolice] inimice Mathias de Janov. 783 et tribulaciones] et *om. A 790 habundant] habundanter V Ieremie XXX] Ieremie 3° 793 communicantes imparticipes] communicantes et participes V, D ] convivantes immunes Mathias de Janov 796-797 varia lectio *codicum, v.g. : Phinees Sambry filius Salomii J] Phinies Zambri filius Salomoni G ] Phinies Zambus filius Salomi Ba Phinies Zambri filio Salomii Cl] Phinees Zamri filio Salomi *Vulgata Clem.] 799-800 consenciant] consenciat V 800 obediemus] obediamus V legi] regi G. 801 sit] est D 802 ibi] *om. J prioribus] primoribus Vulg. Clem. 805 afferri] offerri V quibus] qui G licebat] licebant A 806 hoc ] *om. D 806-807 etatem nostram ] etatem meam J, G] etati nostre varia lectio *codicum *Vulgatae Parisiensis, Vulgata Clem 808 si forti animo ac prompto] si forte animo ac prompto V] Si prompto animo ac fortiter Vulg. Clem. 809 quidem] quidam A 812 mater] *om. D (vacat) septem] sex Ba 813-814 gloriose isti] gloriose ista V, D 815carnes] *om. G 817 dividit] dividat V, D 820 non per Moysen] est per Moysen V, D 824 deducencia] deducecia J] deducenda D, A 825 Christus Ihesus ] Ihesus Christus A nobis] *om. G 830 inspiravit] inspirat G multifaria] multivaria Cl] multipharie V, D 832 qui] *om. A 833 Si] Sic G] Sed V, D iam] *om. A practicari] praticare G 834 de toto] devote D pareamus] paremus A 835 iuvel] iuvat J, G, Cl, Ba, A 836 gracie] *om. A 837 ad verbum Possit *add. Questio marg. dext. G, Cl] ad verbum Possit signum V praecedit et quasi circuit P initiale J ] Littera P in verbo Possit amplificatur Ba Possit] Posset V, D dubitari] aliquis dubitari Cl an] in G 837-838 vel quia inde] vel inde G ] quia inde Cl 838 populo] populi G 839 obediendum] eliciendum J 839 ad verbum Ad additur *Solutio marg. dext. Cl imitantur] imitentur A 842 in] *om. Ba 847 enim] *om. Cl, Ba, V, D, A 852 illo] Christo G tenentur ] debent A Ne] *om. G 859 carnem Filii hominis] *om. Ba ] car. Filii hom. et biberitis eius sangwinem, non hab. vitam in vobis J Ipsi] etc. Ipsi Cl, V, D ] Filii hominis et ibi. Ipsi A 860 non habent] non *om. Ba precipere] percipere D] precipue A] precipe (?) J 862 factus sum ego] ego factus sum G 864 refocillent] revocillent Cl ergo] ergo ergo G 865 trepidacione] trepidacionem V 868 De] *om. A 870 maluerint] maluerit V, D 873 opposita] apposita G, V, Ba, Cl, D, A 881 cadant] cadunt A 882 Tantum] Et tantum G, V, Ba, Cl, D, A 886 manducaveritis] man(ducaveritis) car(nem) V. D etc.] *om. A 886-887 vitam in vobis] vitam in vobis etc. Cl, Ba, A 888 introire] intrare V, D 888-889 in carnem ] in carne A 895 effunditur] effundetur A**

902 Marci] M<sup>r</sup> G, Ba, Cl, A] M<sup>r</sup> V, D « Et biberunt] dicitur : « Et biberunt G, V, Ba, Cl, D, A. 908 auferret] aufert Cl, Ba, A] auferet G, V, Ba, D, A  
908 eius] suam G 909 Crisostomus ] om J 910 docerent] dicerent V 911 que est] qui est A 912 caritas] est caritas *Vulg. Clem.* est] del. G 914 que]  
om. V 915 dicunt] dicit V] om. A Hostiensis] et Hostiensis G, V, Ba, Cl, D, A fi(lit)] fide A 916 Per venerabile] Pro venerabile V] Per venerabiles  
A 917 recurramus] recurrimus G, V, Ba, Cl, D, A 918 vel] ut A positum] ius positum G 920 Hec ibi] Hec ille V 921 a Deo Patri] a Deo Patre G,  
V, Ba] a Patre D pro reverencia sua] pro sua reverencia V, D *Vulg.* 922 Heb<sup>o</sup> V<sup>o</sup> Hebre. VI A 923-924 proprium sanguinem] proprium sanguinem  
vitulorum V 924 redempcione] dampnacione Cl(?) 925 vitule] vituli G, Ba, Cl, A, 927 conscienciam] conscienciam nostram G, V, Ba, Cl, D, A, *Vulg.*  
929 mundavit] mundantur G, V, Ba, Cl, D, A, *Vulg.* sine sanguine effusionis] sine sanguinis effusione *Vulg.* non fit remissio] et ideo fit remissio V,  
D 930 introitum] introitu G, V, Ba, Cl, D, A, *Vulg.* 931 quia ] quam G, V, Ba, Cl A, *Vulg. Clem., Nestle (non: quam)* 932 viventem] venientem V  
et carnem] id est, carnem *Vulg.* donum] domum V, *Vulg.* 934 fidei] spei *Vulg.* 935 aqua munda] aqua mundi G 936 et X] et XI G 937 Amen]  
Amen. Chvala Buohu y Synu y Duchu S. Cl] Amen. Sequitur sermo alius de eodem Ba] Amen. 1414 in Ecclesia sancti MICHAELIS ETC. V] AMEN.  
ANNO DOMINI 1414 IN ECCLESIA S. MICHAELIS ETC. D] AMEN. EXPLICIT POSICIO DE COMMUNICACIONE SUB UTRAQUE SPECIE . UNDE "DIGNUM  
QUIDEM EST UT, QUI ALTARI SERVIS , DE ALTARI VIVAS, NON AUTEM UT DE ALTARI LUXURIES, UT DE ALTARI SUPERBIAS, UT CONPARES TIBI FRENA  
AUREA, SELLAS DEPICTAS, CALCARIA DEAURATA » (CF. BERNARDI CLARAVALLENSIS *EPISTULAM* II , PL 182,86 ; CF. *QUERITE.*, 67), NEC EXTOLLAS  
FACULTATIBUS ECCLESIE CONSANGUINEAS AUT NEPTES, NE FILIAS DUXERIS NUPCIIIS TRADENS. ITEM BENE LOQUENS DE EO, QUOD SACERDOTES DE  
IURE HABEANT PORRIRE ELECTIS PAUPERIBUS, DICIT SANE: PATRIMONIUM PAUPERUM FACULTATES SUNT ECCLESiarUM ET SACRILEGA EIS  
AUCTORITATE SUBRIPITUR , QUIDQUE SIBI MINISTRI ET DISPENSATORES DOMINI VEL POSSESORES ULTRA VICTUM ACCIPIANT. AMBROSIIUS: QUANTUM  
PRE CETERIS GRADUS EPISCOPALIS VEL SACERDOTALIS ALCIOR, TANTUM, SI PER NEGLIGENCIAM DILABITUR, EST GRAVIOR. A <sup>1</sup>

---

<sup>1</sup> Maximi pretii retractationem H. Krmíčková cui ampliam gratiam habeo adnotare audeo in meae dissensionis sequentibus punctis:  
102 consumere ] consumere G 396 reputatione] reputatione G 463 et] ut *Goffredus* 473 variati] *Novel. ad Sextum* 527...hostium]  
ostium *Vulg Clem.* 796 Salomoni] Salomii Cl 826 etati nostre *secundum Vulgatam Parisiensem (SixtoClementinam et alias)* 837  
Possit dubitari] Possit aliquis dubitari Cl 873-874: *Allegatur* pertinet ad glossam 931 quia]quam 934 fidei] spei *Vulg Clem.*;66  
Bernardi Parmensis glossa ad X 3, 41,6 ad vocem *sanguinis veritatem* recte laudatur a R. Cegna; recte etiam laudantur versus  
capituli 6 Evangelii Ioannis: *secundum N. T. ed. Nestle*; recte legitur interpunctio Canonum et Decretalium Iuris Canonici secundum  
editionem *Frieberg*; glossae ad Ius Canonicum laudantur secundum editionem in adnotationibus (in retractatione HKr emendata sunt  
quasi sexaginta verba et proposita est additio quasi septuaginta locorum (paesertim ex operibus: *Quia heu in templis; Contra  
Gallum; Replica*).